



(3).
Q. D. B. V.

799.
10

DISSERTATIO JURIDICA
DECIMA,

ad

CONSTITUTIONES ELECTORALES
DIVI AUGUSTI,

De

EXECUTIONE REI JU-
DICATAE,

Ex Part. I. Constit. XXXII.

Quam

Consent. Jctorum Ordine.

PRÆSIDE

UNIVERSITATIS WITTEB. RECTORE MAGNIFICO

WERNERO THEODORO

MARTINI, J. U. D. & P. P.

CONSILIARIO ELECT. SAXONICO,

publicè ventilandam proponet

In Auditorio JCT. ad diem

Anno 1683.

JACOBUS ANDREAS JAHN,

LÜBBENA. LUSAT.

Typis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.



DISSECTATIO JURIDICA
DECIMA

CONSTITUTIONES ELECTORALES
DIVI AUGUSTI

EXECUTIONE RHEINI
DICATA

WILHELMUS HUGO

JACOBUS ANTONIUS JANI



DISSERTATIO X.
 ad
 CONSTITUTIONES ELECTO-
 RALES SAXONICAS
 DIVI AUGUSTI
 RESPONDENTE
 JACOBO ANDREA JAHN.
 LÜBBEN. LUSAT.

PARTIS PRIMÆ,
 CONSTITUTIO XXXII.

Von der Hülffe auf erklagte und gestan-
 dene richtige Schuld.

Wenn auf vorhergehende Proceß und Urtheil
 oder gestandene richtige Schuld / dem Schul-
 dener die Zahlung aufsererlegt / oder in Ver-
 bleibung dessen / die Hülffe ernandt und angesetzt
 worden / darzu ihn denn Sächsische Frist gegeben wer-
 den soll / und es thuet mittler Zeit der Schuldener sei-
 nen Gläubigern keine Bezahlung / so soll der Richter
 nach beschehener Hülffe / das verholffene Guth in der
 Gemeine un̄ auf dem Marckt durch den Fronbothen feil-
 bieten und subhastiren lassen. Siebt sich denn ein Kauff-
 mann an / und setzt ein Geld darauff / so soll dasselbi-
 ge wiederum ausgeruffen / und das verholffene Guth
 deme / so am meisten darvor geben will / gelassen wer-
 den. Findet sich aber nach beschehener Feilbietunge
 kein Kauffmann / so soll das verholffene Guth nach ver-
 lauf



lauffung dreyer vierzehnen Tage / durch die Gerichte um baar Geld / und auf Tage-Zeit / beydes dem Rechten und gemeinen Werth nach / wie des Urths die Güter auf die Zeit gültig / gewürdet und geschäzet / und mit Vermeldung solcher Tax / ferner zu feilem Kauff drey vierzehnen Tage nach einander / öffentlich verkündiget werden. Und do Ausgangs Zeit / solch verholffenes Guth nicht verkauft würde / alsdenn sollen die Gläubiger daffelbige in dem Werth / wie es taxiret / iedoch unbeschadet eines ieden Rechtens und priorität / anzunehmen schuldig seyn / und ihnen frey stehen / ob sie es der Schätzung nach um baar Geld / oder auf Tages-Zeit annehmen wollen / würde sich aber der Schuldner / oder auch die Gläubiger solches Tax aus erheblichen Ursachen beschweren / so soll ihnen nachgelassen werden / das verholffene Guth anderweit durch die Land-Schöppen um baar Geld / oder auf Tagezeit / abermals wiedern zulassen / und wie es durch dieselbige geschätzt / dabey soll es bleiben / und solches in persönlichen Klagen / wenn aber auf Klagen / so dinglich sind / die Hülffe gesucht würde / so soll der Richter dem Gläubiger zu dem erklagten Guth in vierzehnen Tagen / nachdem das Urthel seine Krafft erreicht / verhelffen.

NOTÆ.

Not. 1.
Connexio
Const. 32. cum
precedentibus.

Not. 1. Postquam Serenissimus Legislator Augustus hactenus illa jura Saxonica recensuit, quæ pertinent ad formam judiciorum, quæ consistit partim in modo procedendi, citatione, oblatione libelli, allegatione exceptionum, dilatoriarum & peremptoriarum, vel etiam litis ingressum impediendum, reconventionem, litis contestationem, probationem &

re-

reprobatione, quæ sit vel testibus, vel instrumentis, vel etiam juramentis, sententiâ judicis, ejusq; publicatione, remediis suspensivis & devolutivis, in specie leuatione & appellatione, præsentis jam Constitutione 32. & ultima tractat de fine & effectu judiciorum, nempe EXECUTIONE REI JUDICATÆ, seu sententiæ, quæ in rem judicatam transiit. Et quamvis hæc constitutione saltem tractet legislator de SUBHASTATIONE & TAXATIONE bonorum debitoris; attamen operæ pretium erit, quædam in genere præmittere de RE JUDICATA, ejusque EXECUTIONE.

Not. 2. Quænam vero dicatur RES JUDICATA, ex jure Civili Romano jam notum est, tot. tit. ff. de re judic. & de effect. sentent. & de interlocut. & toto tit. C. de re judicata. Est nempe RES JUDICATA nihil aliud, quam Effectus sententiæ, seu potius ipsa res in sententia definita, & maxime differt à sententiâ judicis, tamquam effectus à suâ causâ. Sententia enim describitur in L. 1. de re jud. Pronunciatio judicis, continens vel condemnationem vel absolutionem REI. RES judicata autem vocatur à Modestino, quæ finem controversiarum pronuntiatione judicis accipit, quod vel condemnatione, vel absolutione contingit. Seu ut Godofredus in notis loquitur, Res judicata dicitur, cum causa per judicem determinata est. In eo maxime differt RES JUDICATA à SENTENTIA, quod sententia adhuc suspendi possit per leuationem vel appellationem, Res judicata autem, seu ipsa res per sententiam jam definita nulli appellationi vel leuationi obnoxia est, præsertim si sententia per 10. dierum lapsum confirmata est, atque in rem judicatam transiisse dicitur, & si litigantes non provocaverunt

Nor. 2.
Res Judicata
describitur ex
jure Civili.

Differt Res Ju-
dicata a Sen-
tentiâ ut effe-
ctus à Causa.

Sententia re-
mediis suspen-
sivis obnoxia,
non Res Judi-
cata.



*Quando &
quot modis
Sententia di-
catur in rem
Judicatam
transisse.*

*Effectus rei ju-
dicatae Varii.*

*Exceptio Rei
Judicatae.*

*Actio Rei Ju-
dicatae.*

verunt intra illud tempus, tacite videntur leutationis vel appellationis auxilio renunciaſſe. Quod & procedere putant doctores, ſi is, contra quem ſententia lata eſt, ſolutionem promittat, inſimul autem dilationem aliquam petat, creditur enim tunc tacite ſententiæ contra ſe latæ acquieviſſe *L. 5. C. de Re judic.* Multo magis ſententia in rem judicatam tranſiſſe judicatur, ſi reus illam expreſſe approbavit, ſtatim poſtquam lata fuit, vel appellavit quidem à ſententia, & tamen ſententiam ipſo facto approbavit. Quo caſu tacite videtur appellationi renunciaſſe. Multo magis hoc obtinet, ſi expreſſe leutationi vel appellationi renunciavit. De eo quoque non dubitatur, tunc tranſire SENTENTIAM in REM JUDICATAM, quando illa vel in leutationis vel appellationis inſtantia fuit confirmata, & adeò beneficium juris haud ſuper eſt, quo vel coram eodem, vel ſuperiore judice ſententia à viribus rei Judicatae ſuſpendi amplius poſſit. Et hæc RES JUDICATA inſignem operatur effectum, ita ut maximæ ſit autoritatis ſententia, quæ tranſit in rem judicatam, ut rebus judicatis per omnia ſtandum ſit *L. 11. C. de re Judic.* Ut tandem aliquis ſit litium finis *l. 2. C. eod.* Neque patitur rerum judicatarum autoritas, illa quæ jam finita ſunt, inſtaurari. *L. 4. & 5. C. eod.* Et firmiſſima eſt exceptio rei judicatae, quæ à reo actori opponi poteſt, quæ illum denuò agentem repellere valet, uti firmiſſima omnium eſt actio, quæ inſtituitur ex re judicata contra reum, quæ tanquam mater producit filiam, nempe EXECUTIONEM, de quâ EXECUTIONE rei judicatae circa explicationem præſentis conſtitutionis jam pluribus nobis erit dicendum,

Not. 3.

DE EXECUTIONE REI JUDICATÆ.

Not. 3. Quamvis verò etiam contra REM JUDICATAM dentur REMEDIA JURIS, quibus illa, ne effectum suum sortiatur, infringi vel annullari potest, uti est QVERELA & ACTIO Nullitatis, item RESTITUTO in integrum, item *Reductio ad arbitrium Boni viri*, & quæ his sunt similia remedia, de quibus prolixè egimus in *tract. de Or d. judic. celebr. Germ.* Attamen regulariter RES JUDICATA paratam secum fert executionem. Et hæc EXECUTIO REI JUDICATÆ vel SENTENTIÆ, quæ transit in REM JUDICATAM, generaliter definiri potest, quod sit *actus aliquis, quo id, quod per sententiam litigans victor obtinuit, verè & naturaliter ei præstatur.* *Ummius Disp. ad Proc. 23. Thes. 1.* Nomen habet Executio ab exequendo, dicitur nempe exequi sententiam Judex, quando illud ipso facto tribuit victori, quod per sententiam ei adjudicavit, & quando ad emolumentum vel effectum deducitur sententia *L. 2. Cod. de exec. Rei Judic.* Wenn der Richter das Urthel vollziehet / oder vollstrecket. Dicitur etiam germanicè Executio die Hülffe / die Vollstreckung der Hülffe / & exequi dicitur die Hülffe vollstrecken / ergehen zu lassen / *Coler. de process. execut. in præf.* Executionem vocat *finem processuum omnium, & judiciorum, quæ mediante effectus legum impetratur.* Quæ nempe consistit in imperando & vetando. *L. 7. ff. de legib. & L. 2. §. 13. ff. de orig. Jur.* Pomponius Jctus rectè sentit, quod per eos, qui juri dicendo præsumunt, effectus rei accipiatur, & quod parum sit, jus in civitate esse, nisi sint, qui jura regere i. e. exequi possint, & ad usum accommodare societatis humanæ. In quâ sententia quoque est *Aristoteles l. 6. Polit.* Ubi fateatur, nihil prodesse, de rebus justis judicia dare vel sententias, nisi

Not. 3. Remedia Juris contra rem judicatam.

Descriptio Rei Judicatæ Executionis.

Quando Judex exequi dicitur sententiæ.

die Hülffe.

Executionis Necessitas & Utilitas.



nisi sint, qui hæc imperata legum, ad effectum deducant, & passim legibus Romanis iudicis officio injungitur, iudicata & conventa executioni mandare, ut tandem sit aliquis litium finis, tam in civilibus, quam criminalibus causis, & Perez ad codic. tit. de Execut. Rei jud. n. 1. executionem sententiæ adeo necessariam esse arbitratur, ut quemadmodum leges, quæ nullam habent executionem, nullius in Republica sunt utilitatis, ita nec sententia ullas habet vires, si careat executione.

Not. 4.
Coleri Definitio Executionis

Num Executio Actus sit Judicarius?

Ummii Sent. Neg.

Defenditur Colerus.

Not. 4. Sed ut pergamus in cæpta definitione, EXECUTIONIS, Colerus in Tract. de Processib. execut. describit Executionem: quod sit ultimus actus iudiciarius, qui expeditur coram iudice adito, sive in iudicio plenario, sive summario, quo mediante Creditor, aut Dominus id, quod ipsi quo modocumq; debetur, consequi, vel rem suam recuperare intendit. Improbat in hæc descriptione Ummius Genus, quando vocatur actus iudiciarius, quod nempe non omnis executio sit actus iudiciarius, sed potius fiat finito jam iudicio, & iudicium sequatur, neque consistat in iure, sed in facto. Addit, quod solutio non sit actus iudicialis, quamvis illa in sententia demandetur. Sed sapiunt hæc nimiam subtilitatem, & Colerus eatenus defendi potest, quatenus per actum iudicarium intelligi potest, per quem sententia ab ipso lata, vel ab ipso iudice, vel ejus jussu & voluntate per ministrum aliquem iudicii executioni mandatur, cum per se constet, executionis actum privatis hominibus esse interdictum, & ita sive executio sententiæ, sive ejusmodi similis actus, qui ad mandatum iudicis fit, non pro privato, sed iudiciali habendus est.

Not. 5.

DE EXECUTIONE REI JUDICATÆ.

Not. 5. Magis controversum est, à quò judice sententia executioni sit demandanda? Num à Judice ordinario, vel delegato? num à Judice ipso, qui tulit sententiam, vel etiam ab alio? Num fieri à ministro judicii possit jussu nempe & voluntate judicis? Et in hâc quæstione inspicienda est ipsius judicis potestas & qualitas. De illo, qui ordinariam habet jurisdictionem, dubitandum non est, quod ille exequi sententiam possit, modo ad minimum mixtum habeat imperium, dum aliquo modo imperii est sententiam, exequi L. 4. ff. de Jurisdic. & in hujus potestate est, num ipsemet sententiam exequi malit, an verò illam alteri demandare. Non etenim infreqvens est in judiciis Germaniæ, ut judices executionem sententiæ suæ expediant per executores, specialiter ad hunc actum destinatos, nuncios publicos, viatores, apparitores, vel alios ministros judicii, vel judices Inferiores. Et ejusmodi judex, qui ipsemet tulit sententiam, & ordinariam habet jurisdictionem, non solum, si velit, ipsemet sententiam exequi potest, vel per se, vel per ministros judicii, sed & per judicem delegatum inferiorem, cui causam committere, tanquam inferiori potest. Quod si tamen judex sit extraneus, cui vigore commissionis executionem demandare nequit, tunc ille per subsidium implorandus est. Casus talis esse potest, si ille, qui victus est, & condemnatus per sententiam, sub alio judice bona possideat, vel victus in alterius territorio commoretur. Quod tamen secus est, si victus sub eo judice bona habeat, qui eum condemnavit, tunc enim alterius judicis auxilio opus esse non videtur, nisi quoad insinuandam citationem. In Consistoriis Ecclesiasticis communiter receptum est, ut judex secularis per literas requisitorias

B les

Not. 5.
A quonam Executione sententia facienda sit?

Judex ordinarius sententiã suam exequi potest modo mixtum habeat Imperium.

Vel ipse vel per alium.

Per Delegatum & inferiorem executione fieri potest.

Judex extraneus ab eo qui sententiam tulit, in subsidium implorari potest.



*Implorat Bra-
chium secula-
re Senatus Ec-
clesiasticus.*

*Executioni ob-
noxia non est
Sententia, quæ
non dum in
rem judica-
tam transit.*

*Superior Ju-
dex executio-
nem sententia
remittere pot-
est ad judicem
primæ Instan-
tiæ.*

les vel subsidiales requiratur ad executionem sententiæ. Unde communis locutio nata esse videtur: Quod hoc casu impleretur BRACHIUM SECULARE, quod tamen quomodo limitetur, vel amplietur, alibi à nobis dictum fuit. Quod autem diximus, judicem, qui sententiam tulit, si ordinarius sit, vel per se, vel per alium, sententiam exequi posse, intelligendum solummodo est de illa sententiâ, quæ transit in REM JUDICATAM. Quod si itaque in prima instantia contigit, ut lata sit sententia, à quâ leuteratum, vel appellatum fuit, executio suspenditur, donec sententia transeat in REM JUDICATAM. Et si RES illa JUDICATA contigerit coram judice primæ instantiæ, ab illo expedienda est executio, si verò coram judice secundæ instantiæ, & tunc illi committenda est, nisi talis sit causa, quæ ad judicem primæ instantiæ remittitur, vel quia commodius ab illo expediri potest, vel ab illius jurisdictione specialiter dependet, sive sit actio realis, sive personalis. Utroque enim casu judex Appellationis & superior pronunciare solet: *Zu welchem Ende diese Sache an den Richter erster Instanz zu remittiren und weisen.* Idem est, si judex Appellationis pronunciet, appellationem desertam esse, *daß die eingewante Appellation desert und erlöschten /* vel non admissibilem, *daß die eingewandte Appellation nicht zulässig /* quibus casibus cum sententia judicis inferioris in rem judicatam transeat, executio quoque judici inferiori omnino relinquenda est. Quod maxime verum est, si partes appellationi renunciaverint. Patet ex jam dictis, quod ille, qui ordinariam jurisdictionem non habeat, neque *mixtum imperium*, sententiam exequi non possit. Hinc jure Civili Romano Executio sententiæ à ju-

DE EXECUTIONE RES JUDICATÆ.

à judice Pedaneo latae spectabat ad ipsum magistratum L. 15. ff. de Re judic. Quod tamen eodem jure civili limitatur in delegato Principis, qui jurisdictionem habere dicitur in L. unic. C. qui pro sua jurisdictione. De illo judice, qui solam notionem habet, dubium nullum restat, quin ille non admittatur ad executionem sententiæ. Simili modo sententiam arbitri, non ipse arbiter exequitur, sed judex ordinarius, cum ille neque jurisdictionem, neque imperium habeat. Neque distingvendum hic est inter arbitrum & arbitratores, neque inter compromissarium L. 15. ff. in Princ. de Re judic. Restat, quid dicendum de Delegato judice? Dd. distingvunt hic inter judicem delegatum vel commissarium, Pontificis, vel etiam ipsius Principis. Et hisce concedunt executionem sententiæ suæ, ob expressos textus juris Canonici pariter & civilis. cap. Pastoralis. cap. significasti, cap. qverenti X. de officio delegati. L. 5. C. de judiciis. Addunt hanc rationem, quod Delegatus Pontificis vel Principis alium possit judicem dare, & ita sit loco ordinarii, qui per se sententiam exequi potest. Imo cogere ordinarium ut ille sententiam à se latam exequatur. Perez ad C. de execut. rei judic. n. 3. De illo autem delegato judice, qui à Principe vel Pontifice datus non est, dubitant Dd. num ille sententiam à se latam executioni demandare queat? Atque id ipsum non aliter concedunt, nisi ipsi potestas exequendi expresse mandata sit. Quid expresse tunc videtur factum, quando non sola notio, sed jurisdictio in illâ causa demandata est, à quâ jurisdictione mixtum imperium vel executio sententiæ, vel planè non, vel difficulter separari potest. Et quamvis ingens controversia sit inter Dd. num hæc sententia quoque defendi possit jure Civili? probabili-

Judex Pedaneus.
 Delegatus Principis Exe. qui potest sententiam.
 Quis solam Notionem habet & Arbiter non exequi possunt sententiam.
 Num Judex delegatus exequi sententiam possit?
 A. si Delegatus sit Pontificis vel Principis.
 Delegatus Judex qui non à Principe datur exequi potest sententiam nisi ipsi expresse interdicta à Comitente, vel Committeus Jurisdictionem habeat & mixtum Imperium



or tamen illorum est sententia, quod tam jure canonico, quam civili haud deneganda sit Executio sententiæ judicis, cui jurisdictio demandata est, nisi ex commissione & delegatione manifesto appareat, delegante in vel committentem sibi potestatem exequendi reservasse. Et Ummius ipse hoc extendit ad judicem Prorogatum. Videri potest de hac pluribus *Peretz. tit. ad Cod. de execut. rei jud. n. 3.*

Not. 6.
Quomodo &
quando priva-
tus sententiam
Judicis exequi
possit?

Sententia la-
ta à Privato,
qui jurisdi-
ctionem nullã
habet ipso ju-
re nulla est,
quamvis Mini-
ster sit judicii,
qui protulit.

Not. 6. Diximus, executionem sententiæ fieri debere vel à judice ordinario, vel delegato, vel alio etiam in subsidium requisito. Quæritur porro, quid dicendum de PRIVATO, num & ille sententiam judicis exequi possit? Et si per PRIVATUM intelligimus illum, qui nullam prorsus jurisdictionem, neque ordinariam, neque delegatam habet, otiosa videtur esse quæstio, cum mere Privatus, neque sententiam ferre possit, multo minus sententiam à se, vel alio latam exequi. Quod uterque actus sententiam nempe ferre, & sententiam executioni mandare præsupponat jurisdictionem aliquam & mixtum imperium. Hinc sententia à privato lata ipso jure nulla est, & nullum operatur effectum, & ne quidem executione indiget, utpote ab ea lata, qui sententiæ dicendæ jus non habuit, quamvis etiam sit executor, vel apparitor, vel minister judicii. *L. 6. C. de execut. Rei judic.* Ubi Imperator Philippus ita differit: *si (ut proponis) rerum judicatarum executor datus, partes sibi judicis vendicavit, & contra ea, quæ pridem pro partibus tuis fuerant statuta, aliquod pronuntiandum putavit; sententia ab eo dicta vim rei judicatæ obtinere nequaquam potest.* Ratio hujus legis traditur in *leg. 8. C. eod. ubi executor ille solum dicitur esse, qui post sententiam inter partes aut omni*

&

Et discussa lite prolatam rei judicatæ vigorem ad effectum perducit. Quod si igitur ille fines mandati & officii transliat & de viribus & æqvitate causæ cognoscat, vel judicet, illud, quod pronunciavit, nullius momenti est, Perez ad tit. C. de Exec. Rei jud. n. 2. Omnis nempe ille, qui jurisdictionem in causa non habet, pro privato habetur. Manifesti autem juris est, quod *privatis non sit permittendum, quod per Magistratum publice fieri convenit, L. 176. ff. d. R. I.* Additur ibidem ratio, *ne occasio sit tumultus majoris faciendi.* Ulti igitur nullus actus, qui per judicem regulariter expediendus est, à Privato exerceri potest, sine permissione judicis ejusque voluntate: ita nemini permittum est, sententiam ferre, vel illam executioni demandare, quatenus privatus est, h. e. jurisdictionem potestate publica destitutus. Neque hic distingvitur, num aliquis sibi ipsi, vel alii jus dicere velit. Et sibi quidem ipsi ideo quis jus prohibetur dicere, ut quamvis jurisdictionem in illâ causâ habeat, in propriâ tamen causâ habeatur pro privato *T. T. Cod. Ne quis in causa suâ judicet, vel jus sibi dicat.* Aliis verò omnibus jus dicere prohibetur, qui, ut sæpius dictum, omni destituuntur jurisdictione, & quamvis etiam privatus aliquis pro se habeat sententiam latam à judice, qui jurisdictionem habet, illa etiam in Rem judicatam abiit, propriâ tamen autoritate sententiam exequi non potest, sed necesse est, ut imploret officium judicis, qui sententiam tulit, quod ipsum non solum congruit Juri Civili & Romano, sed etiam *divino. Deut. 12.* Ubi dicitur. *Cum repetis à proximo rem aliquam, quam tibi debet, non ingredieris domum ejus.* In Jure Romano eleganter hæc de re loquitur, *Callistratus in L. 13. ff. Quod metus causâ: optimum est, ut*

Judex in propriâ causâ jus dicens pro Privato habetur.

Privatus propria autoritate sententiam exequi nequit jure divino & humano.



*Extra poenam
non est priva-
tus Executor
temerarius
sententiae pro
se latae.*

*Pena Juris Ci-
vilis ejus qui
privatâ au-
thoritate jus
suum consequi
studet.*

*Jure Sax. ar-
bitraria & mi-
tior est pena
Ejus qui pro-
pria autori-
tate possessio-
nem caput.*

si quas putas te habere petitiones, actionibus experiaris, & Caesar dixit, Tu vim putas esse solum, si homines vulnerentur? vis est & tunc, quoties quis id, quod deberi sibi putat, non per Judicem reposcit. Quamvis itaque aliquis victoriae causam reportaverit, & jus habeat acquisitum ex sententia & re judicatâ, tam temerarius tamen victor non esse debet, ut sibi sumat licentiam executionis, invadendo vel occupando rem sibi adjudicatam, vel aliud ejus nomine, quod petebatur, nisi talis potestas exequendi per judicem ipsi specialiter attribuitur. Verba sunt Coleri in Tract. de Process. execut. in praef. n. 12. Aliud tamen dicendum est, si quis intret bonorum possessionem, unâ cum executore ipsi assignato à judice, & ita publicâ & judicis autoritate, quam autoritatem publicam spernat, ac negligat, de jure civili jus suum perdit; quin imò de Jure Civili ob commissam vim privatam criminaliter accusari potest & L. Julia. condemnatur publicatione Tertia bonorum partis & infamiâ L. de possess. C. unde 17. L. 1. & ult ff. ad leg. Jul. de VI. privat. Nec non qui judicati bona auctoritate sua distraxit, furti actione, & vi bonorum raptorum conveniri potest. L. 6. § 2. ff. de re Jud. Jure Saxonico possessionem bonorum propriâ autoritate arripiens, sine veniâ judicis, mitius aliquantulum punitur, & pro circumstantiarum qualitate arbitrariâ panâ afficitur, cogitur enim possessionem alteri restituere, tamdiu, donec judicialiter cognoscatur de causâ, vel illam resignare in manus Judicis, & executionem expectare in bona condemnati, vel per ipsum magistratum, vel per illius officiales. De jure tamen communi Saxonico pro in consultâ & temerariâ invasione possessionis alienæ emendam 30. solidorum solvere tenetur. Landr. lib. 3. tit. 46. &

DE EXECUTIONE REI JUDICATAE.

46. & 47. Multam insuper pecuniariam præstare debet, & judici & parti. Ex his omnibus patet executionem sententiæ, regulariter fieri debere publicâ autoritate, vel ab ipso judice, vel dato ad hunc actum executore à Judice, vel etiam ministris judicii publicis, apparitoribus &c. Privata autem Executio, seu quæ fit à privatis hominibus omnijure videtur esse interdicta, neque admittenda nisi in casibus à Lege approbatis. Quorsum Colerus tract. de Proc. execut. refert, si ex conventionione partium executio privata alteri sit permessa. Quod probat ex L. 10. §. 1. ff. de in jus vocando. Ubi permittitur venditori servi manus injectionem, i. e. executionem accipere & sibi reservare. Cum hac lege aliàs varias conjungit Colerus n. 34. seqq. Et hæc dicta sint de Personis, à quibus executio sententiæ fieri potest, vel non, considerandæ nunc nobis sunt illæ, contra quas institui potest Executio.

Privata executio interdum lege permittitur.

Not. 7. Inter Personas, contra quas executio Rei judicatae exerceri potest, procul dubio, principaliter illa est, quæ primariò in lite fuit, & contra quam condemnatio facta. Et quamvis haud interdictum sit, in judiciis per alium litigare, verbi causa mandatarium, vel Procuratorem, Tutorem, Curatorem, Syndicum universitatis, &c. Quamvis etiam in hos sententia ferri possit, Rei judicatae tamen Executio contra illos instituenda regulariter non est, nisi forte litem temere instituerint & ex nullo fundamento agendi, vel etiam sine mandato & curatorio, vel etiam condemnati fuerint, ob aliquod delictum in judicio commissum. Quæ de re alibi à nobis dictum fuit circa pœnas Advocatorum & Procuratorum. His casibus exceptis, regulariter

Not. 7. Personæ, contra quas Executio sententiæ fieri potest.
1. Quæ Principaliter in lite fuerunt non nomine alieno. Quomodo Curator, Procurator, Tutor, ob re judicatã conveniri possit?



Heres & Successor illig, qui in re judicatâ succubuit, Universalis.

Fiscus qui succedit condemnato Debitori ex re judicata convenitur

riter principalis, & qui per alium litigavit, excutiendus est, modo in lite succubuit. Non tamen immunis est ab executione sententiæ & rei judicatæ *Heres & successor illius*, qui victus est, & condemnatus per sententiam. Quamvis etenim sententia stricti sit juris, & ita sese regulariter non extendat, ultra illas personas, quam quæ nominatæ sunt & expressæ, & ita tutus videatur esse conventus successor vel hæres condemnati, quando nominatus non est in sententiâ, attamen in causis civilibus *successor*, præsertim *universalis & hæres*, factum defuncti, cujus hæres est, præstare tenetur, & ita omnino conveniri potest hæres universalis ex re judicatâ, & sententiâ latâ, contra eum, cujus successor est, nec inter est, num condemnatus sit ex actione personali, vel reali? neque interest, num hæres minorennis sit, vel majorennis? num firmus vel ægrotus? modo constat, illum revera esse hæredem. In *L. nempe 44. de Re Judic.* expresse dicitur *hæres conveniri posse ex causâ judicati.* Adde *L. un. C. ut actiones ab hærede & contra hæredem incipiant.* Et hæc regula, quod nempe successor universalis, vel hæres, ex judicato contra defunctum conveniri possit, adeò vera est, ut etiam sese extendat ad ipsum *Fiscum*, si ille succedat in bonis vacantibus defuncti debitoris. Quamvis enim ille propriè hæres non sit, nihilominus tamen æquum est, ut quatenus in bonis Debitoris reperitur, Creditoribus defuncti teneatur. Quod & verum est de illis, qui *fisco successerunt*, vel quibus *Fiscus bona dedit.* Quomodo verò hoc procedat in *successore Feudi*, si in allodialibus hæres non sit, alibi dictum. Et quæstio est, quæ Jus Feudale spectat. Quod autem dictum est de successore universalis, vel hærede, illud quoque affirmandum est de

FIDE-

DE EXECUTIONE REI JUDICATÆ.

FIDEJUSSORE, præsertim si Judicatum soluturum se promisit. Is judicati actione tenetur, quamvis contra eum actum non sit, sed contra Principalem *l. ult. C. de Usur. Rei Judic.* Et ex his modo à nobis dictis patet, Executionem Rei Judicatæ decerni posse, non solum contra eum, qui in lite tanquam *Principalis* succubuit, sed & ejus *hæredem & successorem Universalem*, itemque *Fidejussorem*, qui judicatum solvi promisit. Uti verò nulla regula tam firma est, quæ non suas admittat limitationes, sic etiam dantur nonnullæ *Personæ*, contra quas tam facilè etiam ob rem judicatam *Executio* facienda non est. *Carpzovius in Processu Tit. 25. Art. 1. §. IV.* existimat, judicem nimium properare non debere adversus *Pupillos & Minores*, si illis prospectum nondum sit *Tutoribus ac Curatoribus*, cum contra indefensum nec sententia, nec ejus executio validè subsistere possit, sed competat hoc casu *Restitutio in integrum*. Ita quoque putat pro debito Mariti executionem haud facilè concedendam in bonis *dotalibus vel paraphernalibus Uxoribus*. Porro pro ære alieno *Pupillorum & Minorum* non concedenda executio in bonis *Tutorum ac Curatorum*, neque contra successorem singularem, pro debito antecessoris, vel Autoris. Quæ omnia jam ex supra dictis patent, & judicis arbitrio committenda. Illud juris expediti est, quod executio Rei judicatæ formari nequeat contra *Tertium*, qui neque principaliter & suo nomine, neque alieno nomine in lite fuit, neque hæres vel successor est, neque Fidejussor ejus, qui per sententiam & rem judicatam condemnatus fuit: & Judicio neque principaliter, neque secundario interfuit, neque in eo nominatus. *Cum res inter alios acta, aliis præjudicare non debeat*, neque obstare

Fidejussor ob judicatum sol. vi.

Contra quas Personas ex judicato executio facienda non sit?

1. Contra Pupillos & Minores indefensos.

2. Contra uxorem in bonis dotalibus ob debitum Mariti.

3. Contra Tutores & Curatores ob debitum pupilli.

4. Successorem singularem.

5. Contra Tertium qui in lite non fuit inauditum.

C



pöterit, qvöd forte sententia in correum dicta fuerit, vel contutorem, vel cobaredem, vel contra Patrem, Filium, Vassallum, Dominum Feudi, nisi & illi simul fuerint in lite, auditi & condemnati. Nisi forte jus conventi pendeat à jure condemnati. Vide Ulmium Dissut. ad Proc. 23. §. 1. Num. 10.

Not. 8.
Subjectum Executionis
Res Judicata.

Objectum Executionis
Res in Judicio petita

Præsens Const. 32. non de omni tractat.
Executione Judicis, sed quæ oritur ex re judicatâ.

Executio sen

Not. 8. Vidimus hactenus PERSONAS, à quibus EXECUTIO rei judicatæ expediri vel possit, vel debeat, nec non illas PERSONAS, contra quas ejusmodi Executio rei judicatæ fieri soleat. Dicendum nunc de SUBJECTO EXECUTIONIS, qvöd est ipsa RES JUDICATA, imprimis vero de OBJECTO. Qvöd est *Res in judicio petita*. Qvöd prius, nempe SUBJECTUM attinet Executionis, illud diximus nobis hic esse rem judicatam, de qua ejusque Executione præsentis Constitutione solliciti sumus solum, non attentis aliis speciebus variis adhuc Executionis præter Executionem rei judicatæ. Et Constitutionem nostram non indistincte loqui de omni executione judicis vel Magistratus, ipsa Rubrica statim innuit. Von der Hülffe / auf erflagte richtige und gestandene richtige Schuld. Et ipsa verba initialia hujus Constitutionis hoc restringunt: Wann auf vorgehende Proceß und Urthel / oder gestandene richtige Schuld / dem Schuldener die Zahlung erfolget / oder in Verbleibung dessen / die Hülffe ernandt / und angefetzt worden ic. Duo hic sunt notanda (1) Præsenti Constitutione non agi de alia executione quam Rei judicatæ, auf vorgehende Proceß und Urthel. Nec relevant verba, oder gestandene richtige Schuld / quia & confessio hic intelligitur judicialis. (2) Non de aliâ, quam quæ fit in causis Civilibus. De Executione enim Sen-

DE EXECUTIONE REI JUDICATÆ.

sententiæ Criminalis, dicetur circa *Partem quartam* harum *constitutionum*, quæ longe diversa est ab hac Executione, quæ fit ob debitum aliquod Civile. Et hæc, quæ ob debitum quoque Civile fit executio, non unius est generis, sed varias iterum admittit species, quas prolixè recenset peculiari *Tra-ctatu Colerus de Processibus Executiv.* Toties nempe Judex executionem instituit, quoties aliquid *imperat, mandat, vetat, prohibet.* Sic species quoque Executionis, quæ exercetur à Judice, est *Arrestum, vel Personale vel Reale*, de quo diximus in *Dissertatione Octavâ.* Talis executio etiam dicitur *Manus injectio*, quæ iterum variis modis exercetur, vel nudis verbis, per *Apparitorem*, vel realiter per *capturam &c.* Videtur tamen omnium ejusmodi executionum vel Processuum unicum esse fundamentum in causis civilibus *Rem adjudicatam vel liquidum certum, expeditum & confessatum* debitum. Uti fundamentum vel subjectum executionis Criminalis est ipsum *Delictum.* de quâ, ut jam monuimus, hic nihil attingimus, cum hæc Materia sibi aliam sedem vindicet & occupet. Manemus nos jam in Terminis illius Executionis, quæ fit ob debitum civile & *liquidum*, vel ex re judicata, vel ex *confessione* ipsius partis judicialis, secundum ductum Rubricæ nostræ constitutionis. *Von der Hülffe auf erklagte und gestandene richtige Schuld.* In quibus verbis notatu Legislatoris est digna particula *Erklagte und gestandene richtige Schuld /* Quod nempe solennis & judicialis Executio, qualis præsentis Constitutione describitur, Matrem quasi agnoscat: Rem judicatam, vel Confessionem Partis vel Debitoris, id est Debitor vel *convictus, vel confessus* esse debet, vel confessus & ex confessione simul condemnatus, ut contra eum execu-

tentia Crimi-
nalis differt à
Civili.

Varia Execu-
tionis species
ob debitum Ci-
vile.

Arrestum spe-
cies Executio-
nis
Manu injectio.

Fundamentū
Executionis
Civivilis est
Res judicata
vel Debitum
liquidum.

Aut in convi-
ctum aut con-
fessum execu-
tio fieri debet.



Quenam præter Rem judicatum operentur paratam Executionem.

1. Laudum Arbitri.

2. Juramentum litis decisorium.

3. Confessio judicialis.

4. Libreri publici.

5. Decretum Principis.

6. Transactio judicialis.

cutio locum habere possit. Alias certum est, quod Debitum etiam liquidum faciant quam plurima alia, quæ recensent Colerus & alii & ex iis *Ummius Disput. ad Proc.* 23. §. 7. n. 12. Paratam nempe executionem alias præter rem Judicatum, secum ferunt potissimum sequentia. (1) *Laudum, vel sententia Arbitri*, à quâ non recipitur Appellatio, quia est instar compromissi (2) *Juramentum litis decisorium* ad instantiam partis præstandum. (3) *Confessio judicialis* non extrajudicialis. (4) *Acta publica*, matricula Imperii, Libri Regni, Ecclesiæ, de quibus ego dubito de jure Saxonico si non fuerint producti & recogniti: (5) *Mandatum Principis & Decretum* scil. præviâ causæ cognitione factum. Alias vulgatum locum invenit: *Auf einen Befehl gehört ein Bericht.* (6) *Transactio judicialis*, etiam coram delegato facta, Instrumentum in præsentia Judicis factum. Sic habet paratam executionem locator in rebus illatis. Mallem ego hypothecam & retentionem. Referunt huc Instrumentum garentigiatum, quod concedo, si fuerit judicialiter recognitum, nullis exceptionibus adjectis, & sententia secuta. Alios quam plurimos casus, quibus Executio parata locum habet, recensent passim Dd. imprimis *Colerus d. Tract. de Processib. Execut.*

Not. 6.

Subjctum primarium Executionis est Res judicata.

Res judicata quanam proprie dicatur,

Not. 9. Sed deveniendum nobis est ad nostrum executionis *Subjctum*, nempe *Rem Judicatum*, quid illa sit, jam tum ostendimus circa initium nostræ Dissertationis, ex jure Civili Romano & præsertim *Tit. Tot. de Re Judicatâ & T. I. C. de executione rei judicata.* Est nempe tunc demum *Res judicata*, quando sententia, quæ in illâ causa lata est, impugnari amplius nequit per aliquod remedium juris vel

DE EXECUTIONE REI JUDICATAE.

vel *suspensivum* vel *devolutivum*. Et hæc demum paratam executionem operatur. Fit inde, ut sententia *ipso jure nulla*, nec executione indigeat, l. 4. §. *Condemnatum C. de re judic.* Quod & affirmant de sententia notorie *injustâ* & *iniqva*, quæ est contra *leges*. Vel si *incerta*, *obscura*, *dubia*, dummodo incertitudo opponatur ante executionem, aut *Erronea*, si nempe error in calculo manifestus sit &c. Refert *Ummius* huc illam, quam ipsa pars *Victrix* pro *iniqvâ* habet, quæ *calore iracundiæ lata est*, *per sordes*, *prævaricationem*. Sed si de his *injustis incertis*, appellatum non sit, vix illud concedendum. Sed hæc uberius tractantur circa *Materiam de sententiâ*.

Sententia ipso jure nulla
Injusta, Obscura, Dubia, Erronea.
Calore jucunditæ lata.
Per sordes.
Prævaricationem.

Not. 10. Progredimur ad *Objectum Executionis Rei judicatae*. Quod est *Res in judicio petita*, distingvitur tamen circa hoc *Objectum Executionis*, num certum aliquod *Corpus* petitum, sive *Actione in Rem*, sive in *Personam*, Vel num actio instituta sit ad debiti solutionem, vel æstimationis & pretii, vel interesse præstationem? Et hoc posteriori casu *Executio* promiscuè in *Omnibus Rebus*, quas *Debitor* in bonis habet, fieri debet, nisi excipiantur quædam nominatim, sive in tantum, quatenus alia non supersunt *Bona*. Exemplis res fit manifesta: Si quis actione empti, commo-
dati, vel ex alio quopiam contractu personali, certam *speciem* petierit, verbi causâ, *bunc eqvum*, *Bucephalum*, *Sty-
chum servum*, *bunc librum*, *agrum Tusculanum*, *bunc fundum*, *banc vineam* &c. Hoc casu, quando eadem species, vel illa ipsa res, quæ in libello petita fuit, per sententiam, adjudicata est, & reus in illam restituendam condemna-
tus, atqve illa sententia in rem judicatam transiit, Execu-
tio

Not. 10.
Objectum Executionis.
Res in judicio petita.

Si Species & certa Res petita & in Sententia adjudicata in illam Executio facienda.

C 3

tio



*Non liberatur
Debitor Pretii
vel interesse so-
lutione, si Res
certa ipsi resti-
tuenda per
sententiam
injuncta.*

*Si non certa
Res vel corpus
sed quantitas
debiti petita
vel adjudica-
ta sit ?*

tio non in alia bona fieri debet, sed in illam ipsam rem, quæ in sententia expressa est. Invito enim creditori aliud pro alio solvi non potest. Idem dicendum est, si Actione realires petita fuit, e. g. per *Rei Vindicationem*, *Actionem Hypothecariam* &c. Item si ex Testamento Res legata petatur, his & aliis casibus executio in alias res fieri non potest debitoris, quam quæ petita, & in quas restituendas debitor condemnatus fuit. Neque verò debitor liberatur, quamvis rei precium vel æstimationem se soluturum promittat, & vel triplum, vel quadruplum pro specie offerat creditori. Quin imò poterit ejusmodi res & corpus, per sententiam evictum, Reo & Debitori manu militari & judiciali Authoritate auferri. Quod tamen semper intelligendum est de iis casibus, quando res in judicium deducta, & species per sententiam adjudicata adhuc extat. Secus est, si in rerum natura esse desiit, vel ita à debitore abalienata, ut ejus copia amplius haberi non possit, vel ipsamet in naturâ recuperari, tunc enim deveniendum est, ad æstimationem vel restitutionem pretii & interesse, & ita executio fieri potest in aliis bonis debitoris. Quod multo magis procedit, si non certa res, vel species petita, & ex re judicata debeatur, tunc extra controversiam est, quod Executio promiscue in omnibus rebus Rei debitoris fiat, illo tamen ordine, qui lege & statuto cujusve judicii definitus est & terminatus. Quem judex sine vitio Nullitatis negligere haud potest. De quo ordine suo loco pluribus dicemus. Et si quidem debitor plura habeat bona, quæ omnia hypothecata sunt creditori, electioni illius videtur esse committendum, in quem fundum, vel quam rem velit immitti. Et hæc sententia non solum conformis est Juri
Ci.

DE EXECUTIONE REI JUDICATÆ.

Civili, sed & Saxonico L. 8. ff. de distr. Pignor. Ubi Modestinus ita loquitur: *Creditoris arbitrio permittitur, ex pignoribus sibi obligatis, quibus velit, distractis, ad suum commodum pervenire.* Idem disposuit Serenissimus legislator Saxonicus in *Ordin. Proc. tit. 39. §. ult.* his verbis: Wenn aber sonst der Gläubiger eine Verpfändung hätte / stehet es bey seiner Willkühr / zu welchem ihm verpfändeten Stücke / er am liebsten greiffen / und sich daran halten wolle. Sed hæc de re & quæstione plura dicentur circa ordinem ipsius Executionis faciendæ à judice observandum, quid nempe juris sit, si vel creditor hypothecam generalem, vel specialem in bonis debitoris habeat, vel si plane nullam hypothecam habeat, in quænam bona tunc executio fieri debeat, ubi etiam dicemus, in quibus bonis debitoris executio fieri non possit, vel ob debitum civile, vel alio modo ex Re judicata. Illud certum est, quod in causis civilibus, ob debitum aliquod civile ex Re judicata regulariter Executio saltem locum habeat in Bonis Debitoris, eò quidem ordine, de quo dicemus. Neque devenire potest & progredi judex ad Executionem in *Personam debitoris*, nisi vel bona nulla habeat, vel sese ipsum obligavit *ad Arrestum personale, vel obstagium.* Nos primo dicemus de Executione, quæ fit in bonis debitoris, ejusque ordine & tempore, modo & processu, nec non fine & effectu, & secundum ductum nostræ constitutionis in specie quædam addemus de SUBHASTATIONE, & TAXATIONE bonorum debitoris solenni. Postmodum verò subjungemus illa, quæ *Serenissimus Legislato Saxonicus, JOHANNES GEORGIUS I. constituit* circa executionem in personam Debitoris in *Ordin. Proc. Tit. 52.* Wie des Schuld=

In causis Civilibus Executio Rei judicatæ omnium primo exercetur in bonis Debitoris secundario in Personam ejs.



Schuld = Thurns halben / wieder den Schuldener zu
procediren.

Not. II.
In Executione
Sententia ob-
servandus Or-
do Loge præ-
scriptus.
Varia reme-
dia juris ad
impetrandam
executionem
Rei Judicatæ.
Jure Saxonico
sola requiri-
tur Imploratio
judicis.

Quomodo dif-
ferat Actio ju-
dicati, & Actio
in Factum.

Ex Re judicatâ
in foro Saxon.
non actio ord.
instituitur, sed
summaria im-
ploratio judic.

Not. II. Quod concernit quidem Executionem Rei
judicatæ in bonis debitoris, ad illam requiritur imprimis,
ut debito *Ordine* fiat, *justoque tempore*. *Ordo* executionis
formari debet ad Legis judicialis normam. Hic *Ordo* exe-
cutionis à Judice vel Executore observandus tamen variat,
prout victor contra victum hoc remedium executionis
apprehendit. De jure Communi nempe tria videntur re-
media competere pro Executione sententiæ, quorum (1)
primum est *Actio Judicati* (2) *Alterum Actio in factum* (3)
Imploratio sola judicis. Et hæc ultima species recepta, ut
plurimum est Jure Saxonico, uti mox dicemus. *Ex Tit.*
39. Ord. Process. Ubi ille qui sententiam pro se latam habet
saltem à Judice petit *Executoriales*. Sunt tamen Dd. qui
modo recensita illa remedia pro executione sententiæ con-
trahunt, ut duo saltem faciant, nempe *Actionem ex judica-*
to, quam illam ipsam esse asserunt, quæ in *factum*, & *im-*
plorationem nudam judicis. Quomodo vero subtiliter si-
bi illa contradistingvantur, *Actio ex judicato*, & *Actio in*
factum, pluribus exponit *Ummius Disput. ad Proc. 23. §. 3.*
n. 18. Ubi insimul disputat, quale officium Judicis implo-
randum sit pro impetranda executione, num *Mercenari-*
um, vel Nobile. Quæ cum ad scopum, vel explicationem
nostræ Constitutionis nihil conducant, lubenter omitti-
mus. Illud expeditum esse videtur, *Actionem Judicati* or-
dinarium requirere processum, ut incipiat à libelli oblatio-
ne, litis contestatione &c. Cæterum videtur & his solen-
nis processus & illa actio ordinaria superflua esse in *judiciis*
ma-

DE EXECUTIONE REI JUDICATÆ.

maximè vero *Saxonicis*. Quamvis nec desunt Interpretes juris communis, qui statuunt, per summariam saltem implorationem judicis, sine *libello & litis contestatione*, & qualem qualè actionem posse à judice peti executionem sententiæ. Absurdum enim esset, super sententiâ jam latâ, aliam ferre sententiam, & processum processu cumulare, litemquæ ex lite serere, contra *l. 4, §. si ex conventionem ff. de Re judicata*. De jure Saxónico ille, qui Rem judicatam habet in causâ, petit saltem à judice sibi dari *Executoriales*, quamvis illæ in sententiâ nec datæ, nec ante sententiam petitiæ fuerunt. Quæ tamen conceduntur à judice salvis illis *Exceptionibus*, quæ adhuc in termino executionis opponi possunt, de quibus infra. Et sunt illæ *Executoriales* Victoriana denegandæ, nec protrahendæ, quod si negligat, vel recuset judex, vel odiò vel amicitia ductus, pœnam incurrit 100. florenorum Saxonicorum. Quod si etiam pro qualitate bonorum controversorum, vel Personarum, extranei Magistratus requirendi sunt, judex, qui sententiam tulit, parti litiganti & victrici subsidiales concedere debet. Verba *Ordinationis Process. Tit. 39. initialia* hæc sunt: Wann ein gesprochen Urtheil seine Krafft erreicht / sollen dem gewinnenden Theil / auf sein Ansuchen *Executoriales*, wenn gleich dieselben gerichtlich nicht erkant / noch zuerkennen gebethen worden / doch salvis exceptionibus, die bey der Execution zulässig / mitgetheilet werden / wir befehlen auch hiermit unsern Amtleuthen / Schöffern / Bürgermeistern und Râthen der Städte / Richtern / Befehlichhabern / Verwalther und Unterthanen / daß ein ieder / dem solche *Executoriales* zukommen / und die Hülffe zuthuen befohlen / wenn er angelanget wird /

Rationes.

Sententia sententiis, & Lites litibus nō sunt cumulandæ.

Executoriales petantur jure Saxonicò à judice.

Pœna 100. fl. statuta in judices qui denegant Executoriales.

Straff der seumigen Executor.

D



wird / demselben ohne Weigerung oder Verzögerung nachkommen / und sich daran nichts / weder Liebe / Gunst / Freundschaft / oder wie das seyn möchte / verhindern lassen / bey Vermeidung Unserer Ungnade / und 100. Gulden Straffe. Da aber etwa nach Gelegenheit der streitigen Güter oder Persohnen / die Nothdurfft erfoderte andere ausländische Herrschafften solcher Hülffe halben zu ersuchen / sollen alsdenn die Gerichten / von denen die Urthel gesprochen / dem obsiegendem Theil / auf sein Begehren / Compas-Brieffe an dieselbe Herrschafft / wie bräuchlichen / mittheilen.

Executio Sententia pertinet ad officium judicis Nobile.

Not. 12.

Ordo & Modus Executionis sententia de jure Saxon.

1.

Imploretur judex ut concedat Executoriales.

Si pars victa obtemperet Mandato Executoriali.

Videtur nempe officium judicis *Nobile* implorandum esse ad impetrandam Executionem sententia. *Mercenarium* enim simul ut sententia lata est, expirare dicitur, ita, ut illud pro Executione denuo & de novo suscipiendum non sit.

Nota 12. Sed ut missis subtilitatibus juris Civilis & communis, pergamus de modo & ordine Executionis sententia dicere, qui observatur in judiciis Saxonis, ille in sequentibus potissimum capitibus consistit: (1) uti dictum est, implorandus est judex, qui sententiam tulit, ut ille det *Executoriales*, vel *mandatum Executoriale*, Ein Hülffs-Præceptum. Potest enim judex, si velit, & bona sub eo sita sint, ipsemet sententiam exequi. Rectè enim hic moment Dd. Practici, proprio motu ad Executionem non devenire debere judicem. Et siquidem pars victa *Executorialibus* literis, vel mandato judicis morem gerat, & judicata faciat, debita solvat, domum, agros, hæreditatem, &c. victori restituat, expensas refundat, & Rei judicata per omnia satisfaciat, Res expedita est, neque ulteriori Executione

DE EXECUTIONE REI JUDICATÆ.

tione in bona debitoris opus esse videtur, neque tot solennitates desiderantur. Quod si verò præceptis & literis executorialibus non obtemperet, executio solennis in bona debitoris ad implorationem victoris instituenda est. (2) Ante omnia iudex vel Executor, cui Executio à iudice mandata est, inspicere debet tenorem sententiæ, quam exequi vult, num illa lata sit in actione reali, vel personali? Item, num in illâ sententiâ expressa sit *certares*, vel *species*, quæ actori adjudicata fuit, vel num saltem in genere solutio, vel præstatio, vel satisfactio Reo injuncta sit. (3) Quod si sententia lata sit in *Actione Reali*, V. c. si quis domum, Agrum, Pratum, Equum, vel ejusmodi aliam speciem jure dominii vindicaverit, illaque Actori fuerit adjudicata, tunc Reo à iudice mandato & præcepto injungitur, ut illam intra 14. dies restituat, intra quod tempus si restitutio non sequatur, tunc executio realis sine ulteriori mora peragenda est, & res quæ restituenda per sententiam est à Reo auferenda & in Actorem transferenda. Ita dispositum *Ord. Proc. Tit. 39. §. 1.* Cujus verba hæc sunt: *Nehmlich wenn ein Urthel auf eine dingliche Klage ergangen/ als wenn einer ein Haus/ Acker/ Wiese/ Pferd/ oder dergleichen Guth/ für sein Eigenthum angesprochen hätte/ und ihm dasselbe zuerkandt wäre/ soll demjenigen/ welcher darein vertheilt/ innerhalb vierzehnen Tagen/ dem Kläger solches zuzustellen/ aufferlegt/ und wenn es binnen der Zeit nicht geschiehet/ die Hülffe dar auff/ ohne fernern Verzug/ alsobald vollstreckt/ das Gut oder Ding/darein er vertheilt/ von dem Beklagten genommen/ und Klägern zugestellet werden.* (4) Quando verò sententia lata est, in ACTIONE PERSONALI

2.
Tenor sententiæ inspiciendg est in Executione, num illa lata in actione Reali, vel personali; Num in re certa, vel non.

3.
In act. Reali lata sententia executioni demandanda est intra 14. dies.

4.
Lata sententia in actione

D 2

NA-



Personali, Debitori solutio injungitur intra 6. Septimanas & 3. dies, quo Termino præterlapso executio fit, si Exceptio compensationis vel solutionis opponi nequeat in continenti liquida.

5.
Si in Sententia certa Res expressa in illam facienda Executio.

6.
Si Creditor ex-

NALI, in Puncto debiti, vel alia causa civili, tum debitori intra terminum Saxonicum, nempe 6. Septimanas & 3. dies, solutio injungenda est, ut satisfiat actori, solet etiam in simul & eventualiter Executio præterlapso termino Saxónico certo die determinari, & si solutio intra illud tempus non fiat, realiter exequenda est, neque alia Exceptio, nisi solutionis, vel compensationis, intra terminum executionis liquidæ admittenda est, & si debitor ab illis exceptionibus desistere nolit, illo casu remittendus est Reus illis ipsis ad processum Reconventionis. Ita disposuit Sereniss. Legislator Ord. Proc. tit. 39. §. 2. Wenn aber das Urtheil auf persönliche Klagen / als um Schuld und anders dergleichen gesprochen / soll dem Schuldener innerhalb Sächsischer Frist / als 6. Wochen und 3. Tage den Kläger zubefriedigen aufserlegt / und darneben alsobald eventualiter, die Hülffe mit Ausgang solcher Sächsis. Frist auf einen gewissen Tag ernannt / auch wenn die Zahlung binnen der Zeit nicht geschieht / so dann wirklichen vollstreckt / und keine andere Exceptio, als solutionis, oder compensationis, intra terminum executionis liquidæ, darwieder zugelassen / sondern der Debitor auf allen Fall / wann er davon nicht abstehe wolte / damit in die Reconvention gewiesen werden. (5) Quod si sententia directa sit in certum aliquod corpus, vel rem certam, ex quâ Creditor & Actor solutionem & satisfactionem accipere debet, tunc executio in illas res facienda est, Ord. Proc. tit. 39. §. 3. In princ. Und da ein Urtheil auf ein gewiß Stück oder Ding / daraus / oder damit der Kläger befriediget werden soll / gerichtet wäre / soll die Hülffe in solch Stück ergehen. (6) Idem est si Creditor Spe-

DE EXECUTIONE REI JUDICATÆ.

specialem habeat hypothecam in certâ aliqva Re Debitoris, cui solutio per sententiam injuncta est, tunc omnino Executio quoque in illa facienda est, urgente Creditore. *Ord. Proc. Tit. 39. §. penult.* In verbis: oder keine ausdrückliche Verpfändung vorhanden. (7) Quod si vero Creditor vel Actor Generalem habeat hypothecam in bonis Debitoris, ipsius arbitrio & electioni committitur, in quæ bona malit Executionem fieri, & attendendum hoc casu imprimis à Judice, quale jus Pignoris habeat Creditor in bonis Debitoris, & quid de eo ejusque effectu Leges statuunt, nec recedendum facile à contractu paciscentium vel contractantium. *Ord. Process. Tit. 39. §. ult. in pr.* ita nempe jubet fieri. Wenn aber sonst der Gläubiger eine Verpfändung hätte / stehet es bey seiner Willkühr / zu welchen ihm verpfändeten Stücke / er am liebsten greiffen und sich daran halten wolle / darum soll man in dem Fall vornehmlich dasjenige / was ein Pfands-Gerechtigkeit an ihr selbst / vermöge der Rechte / und darüber gegebenen Brieff und Siegel mit sich bringet / in acht nehmen / und sich nach demselbigen richten. (8) Liberum tamen est creditori, qui in bonis debitoris habet hypothecam, num executionem malit fieri in rem hypothecatam, an verò illâ missâ, velit in alia bona non hypothecata mitti, cum ab initio ipsi liberum fuit, vel hypothecaria actione experiri, vel personali, nisi in sententia & Re judicatâ certa aliqva res sit expressa, tunc autoritati rei judicatæ standum est. *Ord. Proc. Tit. 39. §. ult. in fin.* Hierdurch aber einem Gläubiger ungewehrt seyn / von deme ihm verpfändeten Gütern abzulassen / und in andere Stück die Hülfß zusuchen / wie ihm anfänglich

pressam in re Debitoris habeat hypothecam, in illâ Executio facienda est.

7.

Si Creditor generalem habeat hypothecam in bonis debitoris, Electio ipsi datur, in quæ bona velit executionem fieri.

8.

Quamvis Creditor hypothecam habet, in aliis tamen bonis Debitoris etiam executionem petere potest.



unverbothen gewesen / entweder hypothecariam, oder
 personalem actionem anzustellen / wenn ihme nur rei
 judicatae authoritas nicht im Wege liegt. Et hoc ipsum
 juri quoque communi consentaneum est. *L. 2. 14. 24. C. de
 pignor. it. l. 8. ff. de Distr. Pignor.* (9) Restat ut dicamus,
 qualis ordo sit servandus à judice, vel Executore, in Execu-
 tione bonorum debitoris, si vel certa res in sententia non
 sit expressa, neque victor & actor vel generalem, vel specia-
 lem in bonis debitoris habeat hypothecā. Et ille ipse descri-
 bitur partim jure communi ab Ulpiano in *L. 15. ff. de Rejud.*
 Quæ quamvis loqui saltem videatur de venditione pignori-
 captorum faciendâ, bene tamen etiam applicari poterit ad
 Executionem Rejudicatae vel sententiæ. Placet ex prolixâ
 hâc lege verba saltē allegare §. 2. Quæ hæc sunt: *In venditio-
 ne itaq; pignorum captorum faciendâ, primo quidem res mo-
 biles animales pignori capi jubent, mox distrabi, quarum pre-
 cium si suffecerit bene est, si non suffecerit etiam soli pignora ca-
 pi jubent & distrabi. Quod si nulla moventia sint, à pignoribus
 soli initium faciunt. Sic deniq; interloqui solent, si moventia
 non sint, ut quoque soli capiantur. Nam à Pignoribus soli
 initium faciendum non est. Quod si nec soli sint pignora:
 tunc pervenietur etiam ad jura: exequantur itaq; rem judi-
 catam Præsides isto modo. In jure vero Saxonico Ordo E-
 xecutionis observandus à judice vel Executore, si nempe
 res certa in sententia denominata non sit, neque Creditor
 specialem & expressam habeat hypothecam, valdè perspi-
 cuè delineatur in *Ord. Proc. Tit. 39. §. 3. 4. & seqq.* Ubi
 generalis proponitur hæc Regula: Quod si Reus non con-
 demnatus sit in certas res, neque hypotheca adsit, tunc
 discretio illa adhibenda est ex præscripto etiam juris com-
 munis,*

9.
 Qualis Ordo
 Executionis sit
 servandus, si
 in sententia
 certa res non
 expressa, nec
 Actor hypo-
 thecam habe-
 at in bonis De-
 bitoris.
 L. 15 ff. de Re ju-
 dicatâ.

8.
 Ordo Execu-
 tionis Jur. Sax.
 describ. Ord.
 Proc. Tit. 39.
 Reg. Generalis.
 Executio fiat
 in bon. Debit.
 quibus carere
 potest.

DE EXECUTIONE REI JUDICATÆ.

munis, ut Executio fiat in bonis debitoris illis, quæ Reo minus damnum inferunt, & tamen Actori vel Creditori sufficiunt ad satisfactionem & solutionem. Verba textus in §. 3. in fin. hæc sunt: Wäre aber der Beklagte nicht in ein gewiß Stück vertheilet / sol man in den Fällen / wenn keine Verpfändung vorhanden / vermöge der beschriebenen Rechte / die Bescheidenheit gebrauchen / und zu denen Stücken verhelffen / so dem Beklagten am wenigsten Schaden bringen / und doch dem Kläger zur Bezahlung gnugsam seynd. Et hæc quidem duo, si concurrere possint in Executione sententiæ, ut debitor, vel Reus, haud magnam Rei familiaris patiatur jacturam, creditor etiam & Actor solutionem & satisfactionem capiat, Judex illud quidem sedulo procurabit, quod si verò commodè Utrumque fieri nequeat, non semper attenditur damnum, quod infertur Debitori per Executionem, & num debitor illâ re, in qua Executio vel immissio decernitur, ipsemet uti, illaque sine incommodo carere non possit, sed magis considerandum erit judici, quibus modis prospiciatur ipsi actori & creditori, ita tamen, ut talis moderatio rerum, in quibus Executio fit, instituat, quæ æquitati sit consentanea, & si creditor ac debitor inter sese hæc in re convenire nequeant, Executoris officio res erit decidenda, vel ad instantiam debitoris hæc in re certi Commissarii constituendi sunt, quorum judicio & autoritate illa controversia sopiri possit. Ipse Legislator ita hæc de re disserit in Ord. Proc. Tit. 39. §. antepen. Man soll aber auch in solchen Fall / wie obbemeldt / nicht so sehr darauf / was der Schuldener am besten entrathen / als woran sich der Gläubiger am besten bezahlet machen können.

Magis satisfactio Actoris, quam damnum Rei attendendum in Exec.

Moderatio Bonorum debitoris non iniqua sit.

Arbitrio Executor. vel Commissarii Moderatio bonorum Debitoris committenda.



fönnen / Achtung geben / aber gleichwolderer Stücken halben / zu welchen zugreifen seyn möchte / gleichmäßige moderation treffen / und da sie sich dessen selbst untereinander nicht vergleichen könten / der verordnete Executor sie derowegen zu entscheiden haben / oder auf Ansuchen des Schuldners / sonderbahre Commissarien den Sachen gebührenden Ausschlag geben.

Not. 13.
Specialia Juris Saxonici.

1.
Omniū primo Executio sententiæ faciendā est in Bonis mobilibus.

Sub mobilibus continentur Res moventes ut animalia.

Executio faciendā non est in mobilibus ad quotidianum usum necessariis Instrumentis Arti- & Opificum, Fundi agri domq. &c.

Not. 13. Et hæc circa Executionem sententiæ in bonis debitoris in genere observanda sunt à judice de jure Saxonico. Dicenda ad huc quædam sunt, de iis, quæ in specie circa Executionem Bonorum sunt observanda. (1) Ante omnia Executio sententiæ faciendā est *in Bonis mobilibus*, quæ in re Jus Saxonicum congruit cum Dispositione juris Civilis L. 15. §. 2. ff. de Re judic.. Nec tamen indifferenter in omnibus Mobilibus debitoris Executio fieri debet, sed illis potissimum, quibus debitor sine insigni damno carere potest. Nec tamen inter est, num *Mobilia* sint, vel *Moventia*? cum & animalia v. c. *equi, boves, oves.* &c. Sub Mobilibus comprehendantur, & rebus soli vel immobilibus opponantur. Regulariter itaque in Executionem Bonorum mobilium non veniunt INSTRUMENTA, quibus *artifex* vel *opifex* ad exercendum suum artificium, vel opificium, & ita ad quotidianum usum uti solet, quibus merito etiam annumerantur *Instrumenta Fundi*, uti sunt, *Aratra, Currus, Vehicula*, & alia ad agriculturam necessaria, quæ prolixè recensentur toto Tit. ff. de instr. fund. Legat. Ejusmodi mobilibus etiam annumerantur *Equi, boves, oves, frumentum*, & alia quam plurima agris, hortis, vineis colendis, & conservandis inservientia instrumenta.

DE EXECUTIONE REI JUDICATÆ.

at. In quibus omnibus Executio fieri haud debet, nisi deficientibus aliis bonis mobilibus, vel immobilibus, vel etiam Nominibus. Ita disponente *Seren. Legislatore in §. 3. & 4. Ord. Proc. Tit. 39.* Wäre aber der Beklagte nicht in ein gewiß Stück vertheilet / soll man in denen Fällen / wenn keine Verpfändung vorhanden / vermöge der beschriebenen Rechte / die Bescheidenheit gebrauchen / und zu denen Stücken verhelffen / so dem Beklagten am wenigsten Schaden bringen / und doch dem Kläger gnungsam zur Bezahlung seynd. Anfanglich zwar zu der fahrenden Haab / und doch gleichwol mit der Bescheidenheit / daß man alles Werckzeuges / so einer zu seiner Kunst / Handthierung / oder täglichen Arbeit bedürfftig / auch der Pferde / Ochsen / Schaaf / des Saamens / und anders was man zum Ackerbau notwendig haben muß / verschone / und dasselbe nicht eher angreiffe / es sey denn am andern fahrenden und liegenden Gütern / oder auch aussenstehenden richtigen Schulden / so viel nicht vorhanden / daß sich der Creditor daran erholen fönnte. Et hæc, quæ dicta sunt modò, *de Executione Bonorum mobilium*, quod illa fieri non debeat in illis, quæ quotidiano usui inserviunt, illo quoque casu obtinent, si mulieres, vel aliæ Personæ, in illis Bonis sint, quibus res, in quibus Executio fit, jus Prioritatis competit, tunc ratio quoque habenda est juris, quod illis competit, unde Executio mobilium ita instituenda est, ut illis quotidiana alimenta non desint, nec subtrahantur. *Ord. Proc. Tit. 39. §. 5.* Wenn auch Weiber und andere Persohnen / in den Gütern wären / welchen vor denen / so die Hülffe geschiehet / die Erstigkeit gebühret / soll

E

gleich-

Nisi deficient alia bona.



Ordo Executionis in Mobilibus Judicis arbitrio committitur.

Quando parata pecunia adest, in illâ ante omnia executione faciendâ. In executione. Judex procuret ut Debitor non incurrat damnum, Creditori autem satisfiat.

Si debitor occultet mobilia.

Num Juramento Debitor indicare debeat mobilia?

gleichwohl lauch hierbey ihr Recht in acht genommen / und derowegen die Hülffe in das Fahrniß / und sonst also angestellt werden / damit ihnen die tägliche Nothdurfft und Unterhalt verbleibt. *Carpzov. in Proc. Tit. 25. Art. 2. Num. 12.* existimat, Judicem vel Executorem in Executione mobilium bonorum debitoris, hunc ordinem observare debere, ut si reperiatur penes debitorem *parata pecunia*, Creditori pro debito pecuniario illa confestim assignetur, hâc verò deficiente, deveniendum esse ad preciosa, postmodum ad vasa aurea & argentea, & tandem demum ad lectos, vestes, Instrumenta, Animalia vel res se moventes. Ego tamen arbitror, multum quidem committi prudentiæ & arbitrio judicis in hâc Executione mobilium, ut sic procedatur, ne debitori nimium præjudicetur, neque Creditori jus suum recipiendi nimium longa mora injiciatur, non tamen penitus excludendam Electionem debitoris, quibus ille Mobilibus solutionem præstare creditori velit. Illud extra controversiam esse videtur, judicem ad distractionem mobilium facilius, quam immobilium pervenire posse, & si debitor occultet mobilia, & vel seras, vel ferramenta forium, aliorumque Receptaculorum, in quibus asservari solent mobilia, aperire atque manifestare recuset, judicis officio ad id compelli potest, & ex mente nonnullorum Dd. etiam juramento cogitur Debitor indicare mobilia sua, quo loco illa sint, & reperiantur. *Colerus de Proc. Execut. part. 3. c. 9. n. 43.* Cui astipulatur *Berlichius Part. 1. Concl. 81. n. 77.* Rectè tamen monet. *Carpzovius dict. loc. in Proc. n. 20.* caute procedendum esse judici, ne facile hoc juramentum deferat Debitori obærato, ad evitandum perjurium.

Quòd

Quod maxime verum est, si debitor occultet mobilia, ad-
sint tamen immobilia, quæ æque distrahi possunt, uti mo-
bilia. Neque prohibetur Judex, his deficientibus Bonis,
morosum Debitorem, si bona sua occultet, vel revelare
detrectet, carceri includere, & ita ad solutionem compel-
lere. Quod tutius esse videtur, quàm juramenti delatio-
ne ansam perjurii præbere. Tandem illud circa executio-
nem mobilium notandum est, quod Executor illa Bona
mobilia æstimare & taxare debeat, & Creditoris arbitrio
committere & electioni, an illa judiciali taxâ vel precio
eadem loco solutionis accipere velit? Et si premium exce-
dat debitum illud, quod excedit, debitori restituere debet,
quod si vero illud recuset, Creditor, vel debitor, facta æsti-
matione contentus esse nolit, tunc illa intra quatuordecim
dies tribus vicibus publice proclamari debent, & plus lici-
tanti adjudicari. Quod si verò factâ proclamatione pu-
blicâ Emptor non inveniatur, creditori permissum est, pro
illis Rebus mobilibus certam pecuniæ quantitatem offer-
re, quæ summa quidem iterum tribus vicibus publicè pro-
clamanda est, quod si factum fuerit, plus licitanti adjudi-
cantur, vel si nemo inveniatur, cedenda sunt Creditori pro
illâ oblata summâ. *Ord. Proc. Tit. 39, §. 6. & 7.* Ubi Seren.
Legislator ita disposuit: Und wenn also zur Fahrniß
verholffen wird / soll dasselbe der verordnete Executor
gebühlich schätzen / und darauf dem Gläubiger frey
stehen / ob er es um solchen Tax an statt seiner Bezah-
lung annehmen / und da über maas vorhanden / die-
selbe heraus geben wolle / da er aber solches zu thuen
Bedencken hätte / oder der Schuldener sich des Taxes
beschweren würde / solches von 14. Tagen / zu 14. Ta-
gen

*Executor bona
mobilia Debit.
in quibz exec.
fit taxare de-
bet.*

*Si Creditor
bona mobilia
taxata loco
solutioni acci-
pere nolit, pu-
blicè vendun-
tur, cujus rei
Processus de-
scribitur.*

gen dreymahl öffentlich ausgeruffen / und dem / so am meisten darum geben will / gelassen werden. Findet sich aber nach beschehener Feilbietung kein Käufer / soll dem Gläubiger frey stehen / ein Geld darauf zu setzen / und solche Summa soll folgendes anderweit drey mahl öffentlich verkündiget / und dem / so am meisten über des Gläubigers Geboth darauf setzet / verkauft / oder da sich niemandes findet / dem Gläubiger um seine angebothene Summa / zugeschlagen werden. Et hic primus est ordo Executionis Rei judicatæ, qui fit in Bonis Debitoris, nempe MOBILIBUS.

Not. 14.
Alter Ordo Executionis est in bonis Debitoris Immobili-
libus.

Executio in rebus immobili-
libus non excedat quanti-
tatem Debiti.
Immissio in bona debitoris cum tribuat pignus judiciale non precise requirit pignus debito per omnia æquale, nimius

Nota 14. Alter Ordo Executionis rei judicatæ in Bonis Debitoris est, qui fit in REBUS IMMOBILIBUS, seu in Rebus Soli. Deficientibus nempe Mobilibus Bonis, vel ad satisfactionem Creditoris & Actoris non sufficientibus, tam Jure Civili Romano ob L. 15. §. 2. ff. de Re jud. Quam jure etiam Saxonico Ord. Proc. Tit. 39. §. 8. Executio fit Rei judicatæ in Bonis debitoris IMMOBILIBUS, vel iis Bonis, quæ vigore juris & consuetudinis Rebus immobili-
bus æquiparantur. Non tamen Executio in rebus Immobili-
libus ultra quantitatem Debiti in sententiâ adjudicati extendenda est. Quamvis illud tam accurate sciri non potest, quo precio Bona IMMOBILIA; in quibus fit Executio, vendi vel distrahi possint. Unde, cum per ejusmodi executionem potissimum pignus judiciale constituatur, & cui libet in jure permissum sit, in securitatem crediti pinguis aliquod ipso credito pignus capere, ideoque pro qualitate & conditione debiti non interest, num Res immobilis aliquantulum summam debiti excedat, ita tamen, ut nimium illa

DE EXECUTIONE REI JUDICATAE.

illa non superet Debitum, neque distrahatur Immobile pretiosum, pro minimo quodam debito, quemadmodum etiam in Immissione bonorum semper eò respiciendum est, ut, quantum fieri potest, Bona, imprimis sylvæ, ligna, non devastentur, vel Rusticorum prædia, quæ servitutiis & aliis oneribus obnoxia sunt, non separentur, nec deteriorentur. Unde jure crediti immissi in bona Debitoris eandem diligentiam adhibere debent, quam propriis, uti etiam Debitori quot annis rationes reddere tenentur, & si culpa quid eorum damnum bonis immissis illatum sit, refarcire tenentur. Prudenter hæc omnia ita disposuit, & constituit Serenissimus Legislator *in Ord. Proc. Tit. 39. §. 8.* Cujus hæc verba sunt: Im Fall nun so viel Fahrniß nicht fürhanden / daß der Gläubiger davon bezahlet werden könnte / solte man alsdenn erst zu dem liegenden Gütern / und andern / so denen / dem Rechten und Gewohnheit nach / verglichen / greiffen / aber in dieselbe mit der Hülffe weiter und höher nicht / als sich die geklagte und zuerkante Schuld = Forderung erstrecket / verfahren / iedoch weil durch solche Execution vornehmlich ein Pignus judiciale, oder gerichtlich Pfandt erlanget wird / und einem in Rechten erlaubet ist / zu seiner Versicherung was austräglichers zu Pfande zu nehmen / man auch eigend nicht wissen kan / wie es hernacher auszubringen / oder zugelassen seyn möchte / darff man es hierinn so genau nicht nehmen / sondern nach Gelegenheit ein leidliches drüber schlagen / allein daß man hierinne gebührende Maasse halte / und nicht etwa einer um eine geringe Summa Geldes ein ganz Gut / so viel mehr würdig / einnehmen / und soll in den Hülffen sonderlich dahin

tamen excessus non admittitur.

Creditor in Debitoris bona immisso illis in administratione eandem quam in propriis diligentiam adhibere & administrationis rationem reddere tenetur.

§ 3

gese.



Si Debitor Creditori immisso intra tempus lege definitum non solvat Bona immissa distrahantur.

Q.
Num Ordo le-

gesehen werden / damit / so viel möglichen / die Güter / vornehmlich aber die Gehölze / dadurch nicht verwü-
stet / oder die Bauer-Güter / davon Dienste / Fröh-
ne / Zinse / und anders zu entrichten / getrennet wer-
den mögen / derowegen diejenigen / welchen durch Hülff-
fe etwas eingeräumet wird / solches mit nicht weni-
gern Fleiß / als ihre eigene Güter zubestellen / auch
dem Schuldener hiervon jährlich Rechnung / und wenn
durch ihr Versehen hierinnen was verwarloset wird /
davor Erstattung zu thun schuldig seyn. Cum verò
plene creditor satisfactionem non accipiat, per solam im-
missionem, seu Pignus judiciale, vel pratorium, in rebus bo-
nisqve Immobilibus Debitoris, ideoqve tam jure civili,
quam Saxonico, si Debitor non solvat intra tempus lege
definitum (de quo in specie dicemus) perinde uti dixi de
Mobilibus, ita quoque servandum est in Bonis Immobili-
bus, ut illa distrahantur & alienentur, & ita transferantur
jure Domini vel in Emptorem extraneum, ita quidem, ut
capiat precium creditor, vel in ipsum creditorem & vi-
ctorem, si ille velit, & super precio creditor & debitor
convenire possunt, vel etiam si creditor rem Immobilem,
prout illa judicialiter taxata fuit, recipere velit. Utro-
que tamen casu præcedere debet taxatio Rei, sive Creditor
ipse accipere velit rem in solutum, sive illa sit transferen-
da in Extraneum vel tertium. Imprimis verò ad indagand-
um verum precium solent Bona immobilia Debitoris pu-
blicè sub hastâ vendi. De quâ SUBHASTATIONE, vel
VENDITIONE sub hastâ publicâ, specialiter dicemus. Il-
lud circa Executionem Rei Judicatæ in Bonis immobilibus
Debitoris, adhuc controversi solet inter Dd. Num ille Ordo
Exec-

DE EXECUTIONE REI JUDICATÆ.

Executionis l. 15. §. 2. ff. de Re Judic. & in Ord. Proc. Tit. 39. præscriptus, & definitus, præcisè & strictè sit servandus, ut nempe executio non fiat in Rebus immobilibus Debitoris nisi deficientibus Mobilibus? Et videtur inverti non posse. Quamvis enim Zasius ad l. 15. §. 2. ff. de Re jud. asserat, Executionem contra talem Ordinem factam, ipso jure non esse nullam, quod alii Dd. affirmant, attamen concedendum haud est Creditori, ut eligat victor, à quibus rebus Debitoris velit executionem inchoari, cum leges frustra scriptæ non sint, sed effectum aliquem habere debeant, cum suis non contemnendis constant rationibus. Ummius in Disputat. ad Proc. 23. Th. 4. n. 22. Sic nempe non concedendum est, ut invito creditore Executio fiat in Bonis immobilibus Debitoris, si adsint Bona Mobilia, ex quibus creditor solutionem habere possit, cum expeditior & facilius sit via, nec non commodior distractio Rerum Mobilium, quàm Immobilium, & quæ tot non desiderat sollicitudines & difficultates. Aliud tamen dicendum, si consentiente fiat utraqve parte, & nec creditor nec debitor dissentiat, vel etiam ab initio convenerit hoc inter contrahentes, cum pacta dent legem contractui. L. 1. & 7. ff. d. Pact. Carpz. in Proc. tit. 25. artic. 2. n. 30. Existimant etiam Dd. concedendam esse electionem creditori, si ille malit, in Nominibus Debitoris Executionem fieri, addunt rationem, quod hoc ipsum non noceat, sed profit potius Debitori victo; Ummius Disp. 23. Th. 4. n. 22. De quo ego dubito, si debitor dissentiat. Et quidem ob justam rationem, cum Ordo Executionis, Jure Civili pariter, & Saxoni-

ge præscriptus circa Execut. inverti possit? Neg.

Electio Creditoris non est in quibus rebus velit Executionem inchoari.

Invito Creditore non potest executio fieri in bonis immobilibus si adsint mobilia.

Conventiones & consensu utriusq; partis Ordo Execut. immutari potest.

certus



certus sit definitus, cujus partes favorabiliores sunt, quam Creditoris.

Not. 15.
Tertius Ordo
Executionis in
Nomine Debitoris & Juribus.

Ausstehende
oder passiv-
Schulden.

Ord. Proc.
Tit. 39. §. 17.

Duo casus qui-
bus inverso or-
dine Executio
fit statim à
Nominibus.

Not. 15. Sequitur nunc TERTIUS ORDO EXECUTIONIS REI JUDICATÆ, jure civili pariter ac Saxo-nico præscriptus. Quando nempe neque *mobilia*, neque *immobilia* Bona suppetunt, & sufficiunt, ut illis ipsis satisfactio fieri possit Creditori, tunc devenire debet, judex ad *Nomina, Jura & Actiones* Debitoris. Verba nempe L. 15. §. 2. ff. de re judic. hæc sunt: *Quod si neque Bona soli sufficiant, vel nulla sint soli pignora, tunc pervenietur etiam ad Jura.* Et hæc Jura ab *Ulpiano* in ead. L. 15. §. 8. vocantur etiam *Nomina*. Verba 8. hæc sunt: *Sic quoque judices exequentur judicatum, ut Nomina jure pignoris capiant, si nihil aliud sit, quod capi possit. Possesse enim nomen jure pignoris capi, Imperator noster rescripsit.* Vocantur aliàs nomina *Activa* oder *ausstehende Schulden*. Quæ opponuntur debitis passivis, denent *Passiv-Schulden*; Quorum illa præsupponunt *creditorum*, hæc *debitorum*. Per omnia concordat cum juris civilis dispositione *Jus Saxonicum* in Ord. Proc. Tit. 39. §. 17. Ubi *Seren. Legislator* disposuit, quod si Debitoris bona immobilia non sufficiant ad solutionem creditoris, quod tunc creditor remittendus sit ad *Nomina, Jura & Actiones* Debitoris. Verba ipsius §. 17. hæc sunt: *Endlichen wenn die liegenden Güter nicht zureichen / soll sich der Gläubiger an des Schuldners ausstehende Schulden halten.* Duos tamen casus ipse *Legislator*, vel potius *duas limitationes* annectit eodem hoc loco, quibus judex in Executione ab hoc ordine lege definito recedere potest, ita, ut non tertio & postremò loco Executionem faciat

DE EXECUTIONE REI JUDICATÆ.

ciat in Nominibus, si nempe Mobilia & Immobilia sufficiant, sed statim initium faciat à Nominibus & Actionibus, (1) si ipse Debitor malit Executionem statim fieri in Nominibus & Actionibus suis; quàm in Mobilibus, vel Immobilibus. Quo casu, etiam dissentiente creditore, favendum est debitori, & creditor solutionem ex illis accipere tenetur, & Judex in illis Executionem facere debet, quod tamen non aliter procedit, quàm si illa Nomina vel Debita activa certa sint, & sine singulari operâ, & expensis judicialibus exigibilia. Verba ipsius Legislatoris in §. 17. hæc sunt: Es wolle denn der Schuldener lieber geschehen lassen / daß man alsbald zu solchen seinen aussenstehenden Nominibus greiffe / als daß die Hülffe in die liegende Gründe ergienge. Dann auf den Fall soll sich zwar der Gläubiger an solche Schulden weissen zu lassen / verbunden seyn / und ohne darzu verholffen werden / jedoch an derer Gestalt nicht / denn wo die Schulden richtig / und ohne sondere Mühe / Kosten / und Hülffszwang / leichtlich einzubringen. *Carpz. in Proc.* huc etiam refert casum, quando Creditori non alia Bona, nisi Nomina, hypothecata sunt, vel etiam in sententiâ expresse adjudicata. Rei judicatæ enim per omnia Executio conformis esse debet, & tam Creditori, quàm Debitori, jus ex re judicatâ acquisitum, per Executionis actum immutari, vel auferri non debet. Et hoc ipsum voluit Seren. Legislator in §. penult. *Ord, Proc. tit. 39.* Und diese bißhero erzehlte Ordnung der Hülffe ist vornehmlich auf Fälle gemeinet / wenn / wie obbemeldt / das Urthel nicht gewisse Maasß giebet / oder keine ausdrückliche Verpfändung vorhanden / dann den Urtheln / so Krafft Rechtens er-

rei

^{1.}
Si Debitor malit Executionem fieri in Nominibus, quàm Bonis mobilibus, vel immobilibus.

Item
Si nõ alia bona, quàm Nomina Creditori hypothecata, vel in sententiâ adjudicata.



3
 Si Debitor sit
 Pupillus vel Mi-
 norennis Exe-
 cutio in Nomi-
 nibus prius
 quam Immo-
 bilibus facien-
 da est.

reicht / darauf auch die Execution angeordnet / wird
 billig strictè nachgelebet. (2) Alter casus, quo Executio
 inchoanda est in Nominibus & actionibus debitoris, ille
 est, si debitor sit *pupillus vel minorennis*, in quorum bonis
 prius Executio facienda in Nomina & Actiones, prius quam
 perveniri possit ad Bona Immobilia illorum, quæ sine
 decreto Magistratus & citra necessitatem, alienari non pos-
 sunt. Ratio hujus Exceptionis alia non est, quam favor mul-
 tiplex pupillorum & minorennium, quo passim in jure
 gaudent. Verba Legislatoris hæc sunt: Desgleichen wann
 wieder unmündige verholffen würde / soll die Hülffe
 erstlich zu den Schulden / auf Gefahr und Kosten des
 Debitoris ergehen / ehe man die liegende Güter an-
 greiffet.

Not. 16.
 Tempus Exe-
 cutionis Sen-
 tentia.
 REI JUDI-
 CATÆ.
 Aliud deter-
 minatum con-
 demnato Reo
 aliud Hæredi.
 Solvere volen-
 ti Tempus nul-
 lum præscri-
 ptum.

Nota 16. Perlustrato *Ordine* Executionis sententiæ
 in Bonis Debitoris, nunc quædam adhuc dicenda sunt de
 TEMPORE, quo Executio Rei judicatæ facienda est. Di-
 stingvunt hic Dd. inter TEMPUS, à quo ipse damnatus sen-
 tentiæ satisfacere debeat, vel ejus *Hæredes*. Deinde inter
 Debitorem, seu victum per sententiam, *volentem* solvere, &
invitum, seu illum, qui sententiæ satisfacere recusat, vel
 tergi, versatur. Et quoad *volentem* solvere, dubitare non
 licet, quin cuilibet debitori permissum sit, statim ab ipso
 momento, quo sententia in rem judicatam tranfit, quin
 imò statim post sententiam latam, & ita citius solvere L. 7. ff.
de Re jud. Ubi Cajus Jctus ita sentit: *Intra dies constitutos,*
quamvis judicati agi non possit, multis tamen modis judica-
tum liberari posse, hodiè non dubitatur, quia constitutorum
dierum spacium pro judicato, non contra judicatum per le-
gem

DE EXECUTIONE REI JUDICATÆ.

gem constitutum est. Et ita ridiculi sunt illi, qui putant, condemnatum ante tempus lege definitum solvere non posse. *Invito* itaque Debitori atque condemnato soli determinatum est *Jure Civili Romano* Tempus, quo Rei judicatae satisfacere debet, nempe Executio sententiæ post 4. menses à die sententiæ latae exequenda est. Notabilis hæc de re est *L. 2. C. de usuris Rei judicatae*. Ubi Imperator *Justinianus*, his utitur verbis: *Eos qui condemnati solutionem pecuniarum, quas pretendere jussi sunt, ultra quatuor menses à die condemnationis, vel si provocatio fuerit porrecta, à die confirmationis sententiæ connumerandos distulerint, centesimas usuras exigi precipimus, nec priscis legibus, quæ duas centesimas eis inferebant, nec nostrâ sanctione, quæ dimidiam centesimam statuit, locum in eorum personam habentibus*. Idem disponitur *l. 3. § ult. eod. Tit.* Ex quibus legibus patet, quod condemnatus per sententiam, si intra *Quadrimestre* tempus Rei judicatae non satisfaciat, in usuras quoque condemnetur. Necesse tamen est, ut revera sit *Res judicata*, i. e. ut à sententia intra 10. dies non sit appellatum, vel quamvis appellatum, appellatio pro desertâ vel in admissibili declarata, vel prior sententia à superiore judice confirmata.

Soli invito & recusanti solvere Tempus lege definitum. De jure civili Executio Rei judicatae fit post 4. Menses præterlapsos. l. 2. C. de usur. Rei judic.

Tempus non currit à latâ sententia sed Re judicatâ.

Nota 17. Disputant acriter inter sese Juris Civilis Interpretes: Num hoc Tempus quadrimestre à Lege Executioni Rei judicatae præfixum, locum inveniat in sententia, quæ lata est in ACTIONE PERSONALI, an etiam in REALI? Et de Personali nullum videtur esse dubium, quod in illa hoc Tempus sit observandum, quatuor nempe mensium, à quo tempore incipit parata Executio & cursus usurarum Rei ju-

Not. 17. Num Tempus 4. Mensium indistincte locum habeat tam in Reali quam Personali sententiâ & Actione.



Executio sententiae Criminalis non admittit temporis definitionem.

In Actione Reali sententia lata statim executioni est demandanda nullo temporis intervallo interjecto. Et res qua vindicata statim restituenda.

Si Reus condemnatus copiam rei restituenda non habet ipsi dilatio concedenda aliqua.

dicatae, ita tamen ut causa merè civilis sit. Quod si enim oriatur ex maleficio, aut dolo ipsius condemnati, aliter dicendum est, videtur enim in jure nullibi Executioni sententiae Criminalis tempus certum esse determinatum. Neque proprie sententia criminalis in Rem judicatam transire dicitur, neque ab illâ regulariter appellari solet, & delinquenti vel inquisito loco Appellationis conceditur Defensio, cui etiam non à Lege, sed à Judice solet tempus determinari. Sed hâc de re alibi, cum nobis hic sermo solùm sit de Executione sententiae in causâ pecuniariâ seu civili, quæ duplex est, vel PERSONALIS, vel REALIS. De illa dubitandum non est, quin *L. 2. C. d. usur. Rei jud.* illi applicari possit, de hâc nempe Reali diversæ sunt Dd. sententiae. Sunt enim, qui statuunt Tempus, quatuor mensium indistincte condemnato concedendum esse, sive in Actione Reali, sive Personali, inter quos est Mindanus de Processibus Extrahendis. Alii contrâ sentiunt, & Executionem in Actione Reali statim à tempore Rei judicatae locum habere asserunt, quod probant. ex *§. 2. Inst. de offic. judic.* Ubi dicitur: Rem vindicatione obtentam in continenti restituendam esse. Et videtur hæc sententia æquitati naturali & civili consentanea. Iniquum enim esset, Rem meam, me invito, à non Domino malæ fidei detineri, cujus restitutio ipsi per sententiam & Rem judicatam injuncta est, quod maximè verum est, si condemnatus copiam habeat & facultatem Rem meam restituendi. Quod si enim victus & condemnatus impedimentum aliquod probabile allegare possit, quare Rem in continenti restituere non possit, Dilatio quædam ipsi à judice concedenda est, si illud ipsum sine frustratione postuletur, & cautio de restituendo præstetur. Aliàs enim

DE EXECUTIONE REI JUDICATÆ.

enim si condemnatus neque statim jussu judicis Rem exhibeat, neque postea se exhibiturum caveat, condemnandus est in id, quod intererat Rem exhibitam esse. Quod itidem probatur ex §. 2. *Instit. de off. judic.* Ubi Justinianus his utitur verbis: *Quod si neget is, cum quo ad exhibendum actum est, in presenti exhibere posse, & tempus exhibendi causâ petat, idq; sine frustratione postulare videatur, dari ei debet, ut tamen caveat, se restitutum.* Quod si neq; statim jussu judicis rem exhibeat, neq; postea exhibiturum, se caveat, condemnandus sit in id, quod actoris intererat ab initio rem exhibitam esse. Diversa ratio est in *Actione Personali*, quando quis condemnatur, vel ad aliquid dandum & præstandum, vel faciendum, tunc durum admodum apparet, si non aliquod temporis spacium Debitori concederetur, intra quod Rei judicatæ satisfacere, & illud, quod per sententiam ei injunctum est, vel solvere, vel præstare possit. Quod Jure Civili 4. mensium spacio includitur. Nisi forte in literis obligationis, ipse debitor huic Dilationi renuntiaverit. Addunt Dd. casum, si ipse judex in sententiâ illum terminum anticipaverit. Quamvis non levis controversia ventiletur inter Dd. *Nam Judex terminum Executionis lege definitum, vel coarctare, vel prorogare possit? Quis itidem judex hanc potestatem habeat? Num perinde Delegatus, ac Ordinarius? Ex quibus porro causis vel coarctari, vel prorogari, ille terminus possit?* Quâ de Re & triplici quasi quæstione, Interpretes juris civilis consuli possunt, imprimis *Donellus, Zasius, & alii.* Et de *Prorogatione* minus quidem videtur esse dubium, quod illa judici non sit deneganda. Præsertim si à Debitore & condemnato justa aliqua & legitima causa dilationis, quæ petitur, allegari possit. Unde

§.2. *Inst. de off. jud.*

In actione Reali res incōtinenti restituenda à tempore Rei judicatæ.

In actione Personali intra 4. menses executio faciendâ sententiâ Jure Civili.

Q.
Num Judex Terminum Executionis lege definitum coarctare vel prorogare possit.
Prorogare Judex Terminum ex justa causa de potest.



Difficilius conceditur judici
Terminum Executionis anticipare.

Causa, ob quas Terminus Executionis coarctari potest.

1.

In delictis.

2.

Ob favorem causa vel Personae.

l. 2. ff. de Re judic.

de quotidiè videmus in judiciis fieri, ut ad petitionem Debitoris, terminus executioni præfixus differatur & prorogetur. Majus dubium apparet, quid faciendum sit judici, si petat Creditor terminum Executioni Lege definitum, *anticipare, vel coarctare*? Et illud haud facile videtur esse concedendum, cum non solum partes Debitoris sint favorabiles, sed etiam jus Lege Publicâ quæsitum ipsi facto judicis interverti non debeat, dum judicis est, secundum Leges judicare, neque duriolem, neque benigniorem esse ipsâ Lege. Cæteram hoc non attento, dantur tamen nonnullæ justæ causæ, ob quas judici etiam licet terminum Executionis lege definitum anticipare, vel coarctare, quas prolixè recenset *Ummius Disput. 23. Tb. 3. n. 17.* Refert huc (1) si quis ob delictum, dolum vel contumaciam condemnatus sit, & ita quasi indignus, ut differatur in gratiam ejus Executio Rei judicatæ. (2) si *causa, vel persona sit favorabilis, v. c. alimentorum*, si causa sit *minoris, vel Pupilli, cum utilitate publica conjuncta, causa dotis*, & quæ sunt aliæ, pro causæ qualitate & quantitate, vel personarum obsequio vel contumaciâ, à judice ponderandæ. Et quod quidem judex non solum prorogare, sed etiam arctare interdum possit terminum lege definitum, expressè probatur ex *L. 2. ff. de Re jud.* Ubi Justiniani verba hæc sunt: *Qui pro tribunali cognoscit, non semper tempus Judicati servat; sed nonnunquam arctat, nonnunquam prorogat, pro causæ qualitate, vel quantitate, vel personarum obsequio & contumaciâ, sed perrarò intra statutum tempus sententiæ exequentur: veluti si alimenta constituentur, vel minori viginti quinque annis subvenitur.* Et hæc, quæ de TEMPORE Executionis Rei judicatæ dicta sunt, quod nempe

pe

DE EXECUTIONE REI JUDICATÆ.

pe illa de jure civili regulariter intra 4. Menses fieri debeat, procedunt, si Executio intendatur & petatur contra ipsum Reum adhuc viventem, secus tamen est in Hærede defuncti, quamvis enim ille, uti supra diximus, ex judicato conveniri possit, & contra illum quoque Executio instituenda, non tamen id prius facere permissum est, quam adierit Hæreditatem. Proinde ante tempus inventarii conficiendi, vel præterlapsum annum deliberandi ad solutionem æris hæreditarii cogi nequit, *L. ult. C. de jure deliberand. nisi fortè agatur ad restitutionem usurarum, vel rerum ablatarum, vel etiam rei vindicationem.* De eo non dubitatur, quin contra usufructuarium intra legitimum tempus lege definitum Executio fieri possit in Bonis, in quibus usumfructum habet, quæ Executio tamen sese ultra commoditates & jura ususfructus extendere non potest *L. 67. §. 1. ff. d. usufruct.* nec obstat, quod Executio sit species alienationis, ususfructus autem alienari non possit. *L. 35. ff. de usufr.* Non enim hæc Alienatio vel Executio tangit proprietatem, sed sola commoda usufructuarii, & quamvis non valeat Cessio ususfructus, bene tamen concessio mediante Personâ cessionarii. *Coler. de Process. Execut. §. 2. n. 26. 6.* Num verò Executio fieri possit in Rem Litigiosam? dubitari poterat, & verior est illorum sententia, qui putant, Executionem fieri non posse in Re verè Litigiosâ, maximè si ipsius rei Dominium in dubium vocetur. *Tot. Tit. ff. C. de Litigiosis.* Per actionem enim personalem Res petita non redditur litigiosa. *Hartm. Pistor. Part. 1. Quæst. 4. n. 2. seqq.* Illud coronidis loco circa TEMPUS Executionis adhuc addimus, quod illa diebus sacris & feriatis expediri non possit. Et hæc sunt, quæ de TEMPORE

Si hæres ex judicato conveniatur executio non fit ante aditam hæreditatem & intra annum deliberandi.

Contra Usufructuarium executio fit quoad Comoda Ususfructus.

Executio fieri non potest in rem Litigiosâ.

Executio non fieri debet diebus feriatis & sacris.



RE EXECUTIONIS obtinent, secundum dispositionem Juris civilis & communis.

Not. 18.

Jure Saxonico aliud Tempus Executioni definitum.

Judex non properet nimium in executione sententiae sed facilis sit in dilatione concedenda, si ex justâ causâ petatur.

Conveniunt saepe inter se coram judice litigantes de Terminis solutionis vel Executionis.

Not. 18. De JURE SAXONICO, à dispositione Juris Civilis, ratione temporis rei judicatae Executionis, aliquo modo videtur recessum. Cum etenim Executio certâ ratione violenta sit, & Viro honesto gravis, ut illam quilibet, tanquam aliquam ignominiae speciem avertere studeat, non deneganda est dilatio aliqua debitori, modò se soluturum promittat, neque appareat dolo vel contumaciâ, sed ex necessitate quadam urgente, illam peti à judice, & saepius contingat, ut victus & condemnatus paratam pecuniam statim à momento Rei judicatae habere, & sibi comparare non possit. Unde properandum judici non est, ad ipsum Executionis actum, sed praefigendus est ad instantiam creditoris certus terminus debitori, ut illo satisfaciat Rei judicatae, & vel restituat, vel solvat. Non infrequens etiam est in judiciis Saxonis, ut debitor, ad instantiam creditoris, coram judice promittat, quo mense, vel die solvere velit, & tunc standum est termino convento. Ipsemet etiam judex persuadere creditorem solet, ut debitoris conditionem respiciat, praesertim si illa talis sit, ut integrum debitum uno termino solvi à debitore non possit, tunc per transactionem judicialem certi termini praefigi solent solutionis. Wann die Zahlung der zuerkandten Schuld-Post auf gewisse Termine behandelt/ und versprochen wird zu zahlen. Quo casu etiam transactioni praecise standum est. Quae tamen vera sunt, si debitor & creditor non contradicant sibi invicem, neque Debitor terminum solutionis dolo & contumaciâ nimium protrahat, vel inopia ad-

sit

DE EXECUTIONE REI JUDICATÆ.

fit ipsius creditoris, & facultas solvendi ipsius debitoris.

Not. 19. Quemadmodum verò diximus, jure civili aliud Tempus Executionis determinatum esse in Actione Reali, in quâ ipsa Res per sententiam adjudicata in continenti, & statim à momento Rei judicatæ, victori restituenda est, ob §. 2. Inst. de offic. jud. Aliud vero in Actione Personali, in quâ Executio fit, elapsis quatuor mensibus à tempore Rei judicatæ; ita quoque Jure Saxonico hæc differentia Actionis Realis, vel Personalis omninò attendenda est. Et in Reali quidem Actione non ipso statim die, quo sententia in Rem judicatam transit, Executio facienda est, sed restitutio injungitur Debitori intra 14. dies, à tempore nempe Præcepti Executivi. Et hoc ipsum jubet nostra Constitutio 32. §. ult. his verbis. Wann aber auf Klagen / so dinglich sind / die Hülffe gesucht würde / so soll der Richter dem Gläubiger zu dem erklagten G. t in 14. Tagen / nachdem das Urtheil seine Krafft erreicht / verhelffen. Quæ verba repetita sunt in Ord. Proc. Tit. 39. §. 1. Nemlich / wenn ein Urthel auf eine dingliche Klage ergangen / wenn einer ein Haus / Acker / Wiese / Pferd / oder dergleichen Gut / für sein Eigenthum angesprochen hätte / und ihm dasselbe zuerkandt wäre / soll demjenigen / welcher darein vertheilt / innerhalb 14. Tagen / dem Kläger solches zuzustellen aufserlegt / und wenn es binnen der Zeit nicht geschieht / die Hülffe darauf / ohne fernern Verzug / alsobald vollstreckt / das Gut / oder Ding / darein er vertheilt / von dem Beklagten genommen / und Klägern zugestellet werden. In eo nempe convenit jus Saxonicum cum jure civili, quod in actione reali

Not. 19. Ulti Jure Civili, ita quoque Saxonico, aliq Terminus Executionis est in Actione Reali, alius in Personali prefixus. In Reali actione Executio fit Jure Saxonico intra 14. Dies.

Const. 32. §. ult

Ord. Proc. Tit. 39. §. 1.

In actione Reali nõ immit-

G victor



titur Actor in
bona Debito-
ris sed Res ei
aufertur &
traditur Do-
mino.

Not. 20.
In Actione
Personali lata
sententia Exe-
cutioni demā-
datur intra
Terminum Sa-
xonicum 6. se-
ptimanas &
3. dies.

Durius est Jus
Saxon. Jure
Civili, quod
Debitori 4.
Menses conce-
dit.

Victor non immittatur in possessionem Rei restituendæ, sed etiam res manu militari auferatur Debitori, vel Possessori, & Actori restituatur. *L. 68. ff. de Rei vind.*

Not. 20. In Actione PERSONALI, si lata sit sententia, quæ transiit in Rem judicatam, de JURE SAXONICO tempus Executionis definitum est, quod nempe illa institui debeat intra Terminum Saxonicum, i. e. sex septimanas & tres dies, quo ipso iterum differt à Jure Civili, quo Executioni sententia demandari jubetur elapso spacio quatuor mensium. Probavimus jam antea illud ex *Ord. Proc. Tit. 39. §. 2.* Cujus verba hæc sunt: Wenn aber das Urtheil auf persöhnliche Klagen / als um Schuld und anders der gleichen gesprochen / soll den Schuldener innerhalb Sächsischer Frist / als 6. Wochen und 3. Tagen / dem Kläger zubefriedigen aufserlegt / und darneben also bald Eventualiter die Hülffe / mit Ausgang solcher Sächsischer Frist / auf einen gewissen Tag ernannt / auch wenn die Zahlung binnen der Zeit nicht geschiehet / so dann wirklichlichen vollstreckt / und keine andere Exceptio, als solutionis, oder compensationis, intra terminum Executionis liquida, darwider zugelassen / sondern der Debitor, auf allen Fall / wenn er davon nicht abste- hen wolte / damit in die Reconvention gewiesen werden. Et ita jus Saxonicum durius aliquantulum apparet, quam Civile, quod magis favet Reo, dum tempus quadrimestre ad solvendum, vel præstandum ipsi indulget. De jure anti- quo Saxonico & communi Terminus Executionis ad unam saltem quindenam fuit restrictus, *Landr. l. 1. Art. 5. Weich- bild. Art. 26.* Postmodum observantiâ fori capit execu-
tio

DE EXECUTIONE REI JUDICATAE.

tio extendi ad terminum Saxonicum, quæ consuetudo judiciorum tandem confirmata fuit à *Serenissimo Legislatore D. Augusto*, in hac nostra *Const. 32.* in verbis initialibus: *Wenn auf vorgehende Proceß und Urthel / oder gestandene richtige Schuld / dem Schuldener die Zahlung auferleget / oder in Vorbleibung dessen die Hülfß ernannt und angesetzt worden / darzu ihm dann Sächsische Frist gegeben werden soll.* Repetita hæc fuit *Constitutio & multis aucta*, quæ ad *Executionem Rei judicatae* pertinent, à *Serenissimo Legislatore JOH. GEORG. I. in Ord. Proc. Tit. 39.* Ubi materia *Executionis*, quomodo illa in *judiciis Saxonis* formanda, pluribus explicatur. De *cujus requisitis variis* jam antea à nobis dictum fuit. Illud cum *Carpzovio adhuc* notamus circa *Tempus Executionis*, quod *Terminus Saxonicus* non solum observandus sit in *Executione Rei judicatae*, sed & aliis *Executionis speciebus*, si nempe *Executio fiat*, vel ex *Confessione Debitoris*, vel ex *instrumento quodam garentigato & recognito* *Col. Proc. Exec. P. 3. c. 9. n. 12.* (2) Non saltem in primo termino *Executionis*, sed & subsequenter aliis actibus *Executivis*, terminus *Saxonicus* observandus est, Puta *Immissionis, Taxationis, &c.* *Mollerus ad hanc Constit. 32. n. 9.* (3) statuunt *Dd. Juris Saxonici*, quod ejusmodi terminos *Executionis* non permissum sit *coarctare, vel contrahere*, ita ut *Executioni, Immissioni, & Taxationi, unus saltem præfigatur Terminus.* *Coler. de Proc. Execut. p. 3. c. 6. n. 7. Berlichius p. 1. concl. 87. n. 21.* *Terminus enim jam satis angustus est Juris Saxonici*, qui in odium *debitoris coarctari non potest sine vitio Nullitatis & Iniquitatis*, cui tamen *debitor ita renunciare potest, ut consentire possit, Executionis actus omnes*

Cost. 32. part. 1.

Ord. Proc. Tit. 39.

Terminus Saxonicus in Omnibus Actibus Executionis observandus est.

Et omnibus speciebus Executionis.

Non licet judici Terminos Executionis, Taxationis, Immissionis, in unum contrahere.

Nisi Debitor renunciet favori ad vitandas Expensas.



uno termino fieri, & tunc quoque Expensæ Executoriales unius termini saltem sunt solvendæ à debitore. Termino enim coarctato, videtur quoque coarctata & imminuta Executoris. Opera Carpz. in Process. Tit. 25. Art. 3. n. 25. 26.

Not. 21.
 Quomodo Executio
 sententia, quæ
 Reo aliquid
 injungitur nõ
 faciendum?

Perpetui silen-
 tii impositio in
 actione ex l.
 diffamari.
 Cautio de non
 turbando.

Actio.

Not. 21. Quæ hæcenus dicta sunt à nobis, de Executione Rei judicatae, ejusque Ordine, & Tempore, intelligenda sunt de illis casibus, quibus vel in actione Reali res aliqua certa restituenda, vel in actione Personali certa pecuniæ summa solvenda, vel aliquid præstandum, & faciendum Reo & debitori per sententiam injungitur. Quærent Dd. Quomodo Executio sententiæ facienda sit? quando in illa injungitur Reo, quod consistit in non faciendo? v. c. ne turbet, vel molestat Actorem, ne obscuret ipsius Lumina, ne stillicidium immittat, ne transeat per agrum vicini, vel aliud quid non faciat. Et diversitas actionis diversam his casibus operatur sententiam, & diversam quoque sententiæ Executionem. Interdum etenim victo perpetuum imponitur silentium, uti in actione ex Lege diffamari, nonnunquam etiam cautio imponitur, de non amplius faciendo vel turbando, & sententiæ deinceps non contraveniendo. Qualis cautio ut plurimum in Actionibus, quæ competunt ad conservanda jura, libertatem & declinandas servitutes adhibenda. Quando præsertim Negatoria Actio instituitur, quæ nego alteri servitutem, vel jus competere in Re meâ, quam ajo esse liberam. Tot. Tit. ff. si servitus vendicetur, vel ad alium pertinere negetur. Existimat tamen Ummius, hæc cautione opus non esse, quando Realiter est aliquid restituendum, proponit tale exemplum: Si quis me in possessione fundi mei turbaverit. Satis mihi est, si ego possessionem fundi liberam, per

DE EXECUTIONE REI JUDICATÆ.

per sententiam judicis consequar, & cautione de non turbando opus esse non videtur. Quam sententiam fovet Donnellus, & Menochius, à quâ tamen alii recedunt. Nos misis his actionibus, revertimur ad illam Executionis speciem, quæ potissimum fit in Bonis debitoris, vel Mobilibus, vel Immobilibus, vel etiam juribus. De cujus Ordine & Tempore cum jam dictum sit, pauca adhuc addemus de fine & effectu hujusmodi Executionis sententiæ in Bonis Debitoris.

Not. 22. Finis Executionis Rei judicatæ Principalis hic est, ut victor Rem judicio Evictam vere & naturaliter consequatur, & ut totius litis & processus tandem aliquis sit finis L. 2. C. de Exec. Rei judic. Effectus autem Executionis Rei judicatæ multiplex est. (1) Operatur in Bonis debitoris Pignus judiciale, quæ de re jam diximus antea ex §. 8. Tit. 39. Ord. Proc. in verbis. Jedoch weil durch solche Execution vornehmlich ein Pignus judiciale oder gerichtlich Pfand erlanget wird. Quod & de jure Communi & Civili obtinere statuunt Dd. quamvis contrarium statuatur Zasius. Et hoc non solum obtinet in Bonis Allodialibus, sed etiam Feudalibus Debitoris. Ita ut immissus in Bona Feudalia, consensu quidem Domini Feudi, non solum Pignus judiciale habeat in Fructibus Feudi, sed etiam ipsa substantia, De quâ Executione in Bonis Feudalibus prolixè tractat Serren. Legislator Saxonicus in Ord. Proc. Tit. 40. Von der Hülffe in die Lehn-Güter. (2) Primarius tamen effectus Executionis Sententiæ est, ut satisfiat per omnia Creditori, quæ satisfactio consistit non solum in pignore, sed ejus quoque distractione. Quâ de re jam antea à nobis dictum,

Not. 22.
Finis Executionis sententiæ.
Effectus Rei Judicatæ Executionis Varii.

1.
Dat Pignus judiciale in Bonis debitoris tam allodialibus quam Feudalibus.

2.
Satisfactione præstat Creditori & dominium in illum transfert præviâ taxatione.



quod nempe Res Debitoris sive mobilis, sive immobilis, *præ-*
via Taxatione distrahendæ sint, & transferendæ vel in i-
 psium creditorem, si ille velit, sive in Extraneum, quando
 Creditor ipse recusat Rem judicialiter taxatam in solutum
 accipere. Et utroque casu non dubitatur, quin Res debi-
 toris autoritate judicis prævia Taxatione in Creditorem
 translata illius fiat propria, & dominium illius in Credito-
 rem transferatur, nec non Res in extraneum translata in
 dominium perveniat Emptoris, ita tamen ut precium Rei
 emptæ victori tradatur. Cæterum, quibus solennitatibus
 Bona præsertim Immobilia debitoris judicialiter taxanda
 sint, vel publicè subhastâ vendenda, hæc de re plura dice-
 mus in DISSERTATIONE *seq. XI. quæ agit de SUB-*
 HASTATIONE.

Not. 23.
De Executione
Rei judicate
contra Perso-
nam Debitoris
vel incarcerat-
ione.

Justitiæ nor-
ma & Officium
judicis requi-
rit, ut suum
cuique tribua-
tur & Debitor
solvat quod
creditori legi-
timè debet.

Not. 23. Dicenda jam nonnulla sunt, de EXECU-
 TIONE REI JUDICATÆ, quæ fit contra PERSO-
 NAM DEBITORIS. Quod si nempe in Executione Re-
 rum Mobilium vel Immobilium, vel etiam Nominum &
 Jurium Debitoris, tantum non inveniatur, ut Creditori
 satisfactio fieri possit, tam de Jure civili & communi, quam
 Saxonico, Debitor in *carcerem detrudendus est*, donec æs
 alienum exsolvere queat Creditori. Quod nec alienum
 est à Jure Divino, quo sæpius mentio fit Incarcerationis
 Debitorum. Cum nempe secundum generalia præcepta
 juris, suum cuique tribuendum sit, & nemo lædendus, et-
 iam quoad Bona civilia, & temporalia, ideoque ad normam
 Justitiæ spectat, atque Nobile officium judicis, ut Credito-
 ri, qui debitorem sibi ex contractu, vel aliâ quâpiam ho-
 nestâ causâ civili obligatum habet, non solum per senten-
 tiam

DE EXECUTIONE REI JUDICATAE.

tiam illud adjudicetur, quod legitimè petitur, sed & per Executionem creditori verè & naturaliter tribuatur. Quod ipsum antea diximus esse finem ultimum & effectum ipsius Executionis Rei judicatae. Fit proinde, ut si debitor aliquid in bonis habeat, & solvendo sit, ut tunc Executio sententiæ fiat in Bonis illius, & quidem *in solidum*, i. e. executiendus est ad saccum & peram, uti vulgò loquuntur, seu ut literæ sacræ ajunt, *bisß er den letzten Heller bezahlet* / quod Acursius & alii Dd. ad eò justitiæ conforme esse asserunt, ut Debitori legitimè condemnato, & vel confesso, vel convicto, de stricto jure nec vestis, neque indusium, quo se tegere possit, relinqvenda sint. Quamvis alii commiserationem humanæ sortis diversum svadere existiment, à quâ humanâ opinione non putat *Ummius* deflectendum esse judici Christiano. Quicquid tamen hujus sit, nec judicem benigniorem lege esse oportet, nec salva justitia aliter pronunciare, quàm ut cuique suum tribuatur. Quod maximè verum est, si Debitor bonis & facultatibus suis lapsus, non calamitate quâdam publicâ, vel vi majori, cui resistere non potuit, hostili nempe incursu, naufragio, tempestate, vel alio quodam casu fortuito, sed prodigalitate, vitâ luxuriosâ & inhonestâ, vel dolo & culpâ æs alienum contraxerit, & ita creditorem, sciens volens quasi defraudaverit. Hujusmodi Debitores semper in benè constitutis Rebus publicis acerbis pænis fuisse subjectos, passim Historicorum monumenta docent. Et jam olim apud Romanos *Leg. 12. Tabb. Creditori facultas data fuit, Reum necendi pro servo.* Quin imo testatur *Gellius in Noctibus Atticis lib. 10. c. 1.* Plures creditores potestatem habuisse Debitorem discerpenti, dissecandi & inter se dividendi.

De stricto jure Executio facienda est in bonis Debitoris. quamvis ille nihil retineat.

Judex lege benignior haud sit.

Debitor, qui suâ culpâ & vitâ prodigâ Debitum contraxit, veniâ dignus non est. aliud est si citra culpam & casu fortuito bonis lapsus.

Varia & acerbæ pænæ Debitorum culpa sua æs alienum contrahenti.

Re-



In locum pæ-
narum Debito-
ris variarum
hodie successit
Incarceratio.

Jus antiquum
Saxonicum
abrogatū jure
Electoralis Sa-
xonico, quo In-
carceratio De-
bitoris per-
missa, si in bo-
nis nil habeat.

Refert etiam *Colerus in Tract. de Proc. Execut. in Saxoniam* quondam Debitores manui Creditoris fuisse addictos, ut apud illum diurnatim operis suis & sibi victum quærent, & debiti summam extenuarent. Quod & aliis populis in usu fuisse, passim referunt Dd. Moribus nostrorum judiciorum, si Debitor in bonis nihil habeat, unde Creditori solvere possit, persona illius carceri includitur, ut ob debitum culpâ suâ contractum ibidem situ & sordibus langveat, donec fortuna aspiret, quâ æs alienum solvere possit. *Zasius ad Rubr. de cessione Bonorum.* Jure nempe Saxonico Electorali antiquum illud jus Saxonicum, quo Debitor Creditori ejusque manui quasi tradebatur, & mancipabatur, abrogatum fuit, & in illius locum successit Pæna carceris, vel in incarcerationis Debitoris, germanicè *der Schuld-Thurm.* De quâ Poenâ Debitoris *Seren. Legislator Augustus specialiter tractat in Const. XXII. Part. II.* Quæ ipsa Constitutione abrogata quoque est Executio privata & obligatio ob obstagium, *das Einreiten und leisten in dem Herbergen.* Quod nempe per ejusmodi privatam incarcerationem plus damni inferatur Creditori, qui nihilo minus solutionem eo ipso accipit, nec non ob alia incommoda, quæ partim creantur judici, partim etiam oriuntur ex variis Expensis & sumptibus, quos ejusmodi obstagia secum trahunt, atque in hujus privatæ Executionis locum successit parata executio judicis, contra Fidejussores, qui se tanquam principales pro aliis obligaverunt. Non ab instituto nostro alienum erit, de utriusque hujus Privatæ Executionis, quæ apud veteres Saxones recepta erat, abrogatione ipsa Constitutionis antea allegatæ *22. Part. 2.* verba hic apponere: Sunt autem hæc: *Und nachdem wir dem*

dem Gläubiger zum Besten / auch zum Abscheu vieler leichtfertigen Persohnen / so ohne Nachdencken sich in Schuld einzulassen / und viel wohlhabende Leuthe um ihr Gut / und in eusserste Verderb zubringen pflegen / die so harte Straffe des Gefängnißes / dermassen wie obstehet / geordnet. So wollen wir auch derowegen die Verschung und Disposition, der Sächsischen Rechte / nehmlichen daß der Schuldener dem Gläubiger an die Hand oder Halffter gegeben werden soll / gänzlich abgethan / abrogiret und aufgehoben haben. Wir wollen auch das Einreiten und leisten in den Herbergen / dadurch denn nichts anders / denn mehr Schuld und Schade / und sonst viel Unraths verursacht / und dem Gläubiger derentwegen destoweniger Bezahlung folget / gänzlich verboten haben / und der Schäden / Zehrung / und Unkosten halben / so aus den Leistungen und Einreitungen fünffziger Verschreibung entstehen / keine Execution und Hülffe thun und leisten lassen. Hingegen aber soll in des Selbstschuldigen und Bürgen Güter / gebührliche / schleunige und förderliche Hülffe ergehen und fürgenommen werden.

Not. 24. Cum itaqve Jure Saxonico Electorali *Incarceratio Debitoris*, si Bona non habeat, quibus Creditori satisfieri possit, sit recepta modò *allegatâ Constit. XXII. Part. 2. Quæ in Ord. Proc. Tit. 52.* Wie des Schuldthurms halben wider den Schuldener zu procediren / confirmata, ideòqve ex illis potissima requisita circa Incarcerationem Debitoris, quæ non ob delictum fit, sed ob aliquod civile Debitum, jam paucis erunt consideranda.

Not. 24. *Requisita varia ut incarceration Debitoris ob debitum Civile locum habere possit.*

H

Con-

Consistunt autem illa Requisite potissimum in sequenti-
 bus. (1) Consideranda venit *Qualitas Personæ debitoris*,
 (2) ipsius *Debitoris excussio*, nec non *Debiti qualitas*, vel
quantitas, & *Debitoris inopia*. (3) *Forma Processus*, (4) *ip-
 sius Debitoris alimentatio*. (5) *Liberatio Debitoris ex car-
 cere*.

Not. 25.

I.
 Consideranda
 Qualitas De-
 bitoris.
 Ut non habeat
 bona quibus
 solvere possit.

Nota 25. Quod (1) attinet *Qualitatem* ipsius Debi-
 toris, qui in carcerem detrudendus est, ob debitum civile,
 requiritur, ut ille subjectus sit jurisdictioni iudicis incarce-
 rantis, vel ibidem commoretur, item, ut tantum contraxe-
 rit æs alienum, ut omnia illius bona factâ Executione, im-
 missione, & Excussione non sufficiant ad solutionem Debi-
 ti, vel etiam ultra vires & facultates suas pro alio fidejusse-
 rit, item, ut remissionem Debiti à Creditore non impe-
 traverit, neque alio modo cum Creditore suo transegerit.
 Hic ipse ad instantiam unius vel alterius Creditoris carceri
 includendus est, ibique tam diu detinendus, donec credito-
 ri satisfaciatur, vel Creditoris consensu, vel voluntate iterum
 dimittatur. Verba *Const. 22. Part. 2.* Initialia hæc sunt:

Const. 22. part.
 2.
 Von Schuld-
 Thurm.

Würde iemand / der in unsern Landen gefessen / oder
 sich darinnen enthielte / wer der auch wäre / so viel auf-
 borgen / die Leuthe versehen / oder in andere Wege
 schuldig werden / daß alle sein Haab und Güter / nach
 ergangener Hülffe / Execution und Excussion zur Be-
 zahlung nicht zureichten / und gnug wären / oder über
 Vermügen sich in Bürgschafft einlassen / und er möchte
 bey seinen Gläubigern keine Nachlassung erlangen /
 berührte Gläubiger wären auch auf andere Wege nicht
 zu behandeln / so soll er auch auf Begehre und Ansuchen /
 eins oder mehr der Gläubiger / in den Schuld-Thurm /
 so

DE EXECUTIONE REI JUDICATÆ.

so wir in unsern Lande sonderlich darzu verordnen wol-
 len / geleyet / und so lang darinnen verwarlich enthal-
 ten werden / biß er die Gläubiger befriedige / oder sich
 sonsten mit ihren guten Wissen und Willen vertrage
 und abfinde. Circa qualitatē tamen Debitoris in carce-
 randi Seren. Legislator arbitrio judicis ponderandum com-
 misit, ex quā causā aliquis ad inopiam redactus sit, num
propriā suā culpa, vel ob casum aliquem improvisum & for-
tuitum, v. c. incendium, naufragium. Tūc etenim pæ-
 nam mitigari juslit, & Rem ex æquitate decidere. §. ult.
Const. 22. Part. 2. Wir behalten uns aber / darneben
 sonderlich vor / wann wir befinden würden / daß einer
 oder mehr / von wegen erlittenen Brand = Schadens /
 Schiffbruch / oder durch andere unversehliche / und
 ohne seine Verwarlosung beschehene Fälle / in Schuld
 und äußerste Verderb gerathen / daß wir derentwegen
 auch / nach Gelegenheit der Persohnen und andere um-
 stände / Linderunge und Milderung der Straffe ver-
 ordnen / und sonsten die Dinge nach Billigkeit / ent-
 weder entscheiden / oder gebührlich weisen lassen
 wollen.

*Debitor casu
 fortuito & non
 suā culpā ad
 inopiam reda-
 ctus, misericordi-
 diā, non carce-
 re dignus.*

Not. 26. Alterum requisitum incarcerationis De-
 bitoris est IPSIUS EXCUSSIO, ante omnia nempe inqvi-
 rendum est à judice, ane Debitor tantum in bonis habeat,
 ut illis creditori satisfieri possit? Circa quam Excussionem
 benè considerandum est, an conditionis suæ justas causas
 prætere posse, quare nempe facultatibus suis lapsus sit,
 & ideò commiseratione dignus, ut vinculo carceris one-
 rari non debeat. *Ord. Proc. Tit. 52. in principio.* Wenn
 ein Gläubiger seinen Schuldner in den Schuld-Thurm

Not. 26.
 2. Requisite.
 Debitor sit ex-
 cussus.



bringen will/ so ist/vermöge obgedachter Constitution, vornehmlich zwenyerley in acht zunehmen: Erstlich/ daß der Schuldener gnugsam excutiret sey / und sich so viel befinde / daß seine Güter zur Bezahlung nicht reichen. Zum andern daß man gleichwohl hierben erwege / ob er seines Vermögens halben / solche erhebliche Ursache vorzuwenden / derowegen mit ihm billich Gedult zuhaben/ und er mit diesem ersten Mittel zuverschonen.

Not. 27.

3. *Requisitum.*
Observetur
forma Processus
prescripta
circa incarcerationem
Debitoris Ord.
Proc. Tit. 52.

1.

Audiendus &
citandus est
Debitor Exceptionibus
suis.
ante incarcerationem &
per Sententiã
condemnand9.

Not. 27. *Quod* (3) ipsam FORMAM processus Incarcerationis Debitoris concernit, illa prolixè describitur & delineatur in *Ord. Proc. Tit. 52.* Wie des Schuldthurns halben wider den Schuldener zu procediren/ & consistit potissimum in sequentibus: (1) ne debitor conqveri possit in tempestive & nimium rigoroſe se ad carcerem condemnatum esse, neque Creditor ideò ob prolixitatem Processus derineatur, Seren. Legislator disposuit, ut si Creditor petat, Debitorem suum carceri includi, ut illud faciat coram iudicio, cui debitor subjectus est, vel ubi deprehenditur. Qvò facto, iudex debitori certum terminum, & quidem intra 14. dies præfigit, jubetqve, ut in Persona compareat, mediaqve & viam indicet, quibus Creditori satisfacere velit, vel possit, vel si hoc præstare neqveat, ad petitionem Actoris respondeat, & certas causas alleget, quare petitioni Actoris, quã incarcerationis intenditur, locus dandus non sit, ac ita decisionem iudicis hãc in re expectet. Verba *Ord. Proc. Tit. 52, in §. 1. & 2.* hæc sunt: Damit nun solches beydes desto eher erlediget werde / auch der Schuldener übereilens halber sich nicht zubeklagen/ noch der Gläubiger derenthalben einiger Weitläufftigkeit

feit

DE EXECUTIONE REI JUDICATAE.

keit zubefahren haben möge / so verordnen wir / wenn
 einer seinen Schuldner auff dem Schuld=Thurm be-
 klagen will / daß er solch seine Sachen bey denen Be-
 richten / darunter der Debitor gefessen / oder anzutref-
 fen / fürbringen / und die Berichte hierauf dem Schuld-
 ner einen förderlichen Termin / zum längsten auf 14.
 Tage ernennen / und ihn hierzu bescheiden sollen / daß
 er auf demselben persöhnlich erscheine / Mittel und We-
 ge anzeige / wodurch er den Gläubiger / zubefriedigen
 getraue / oder / da er solches nicht fönnte / auf des Klä-
 gers Beschuldigung des Schuld=Thurnis halben / Ur-
 sachen / warum solchen Suchen nicht Statt zugeben /
 vorbringen / und darauf vermöge der Constitution end-
 liches Bescheids gewärtig seyn. (2) in Termino media
 offerre debet , quibus Creditori velit satisfacere , quod si
 neqveat , neqve documentis probare , quibus probabiliter
 docere possit , quod solvendo sit , super hoc puncto ulterius
 pronunciandum non est , sed habendus pro *Excusso* , i-
 deoqve solùm audiendus , an per casus improvisos , & sine
 culpâ suâ ad inopiam redactus , & num ideò ipsi aliqua miti-
 gatio contingere possit *Ord. Proc. Tit. 52. §. 3.* Wenn es
 nun hierauf zu solchen Termin kömmt / soll der Schul-
 dener pflichtig seyn / Mittel und Wege vorzuschlagen /
 damit er dem Gläubiger zubefriedigen getraue / und
 wenn er solches nicht thun / noch so viel Scheins vor-
 bringen kan / daraus vermuthlich zu spüren / daß er
 bezahlen könne / soll es dieses Punkts halben keines
 fernern rechtlichen Erkänntniß bedürffen / sondern dar-
 für gehalten werden / daß er allbereit gnugsahm excu-
 tirt sey / und deswegen folgendes allein auf dem sehen /

2i
*Si nulla Media
 solvendi Debi-
 tor allegare
 possit, pro Ex-
 cusso habetur,
 audiendus ta-
 men Exceptio-
 nibus & causis
 inopiae.*

H 3

daß



3.
*Si Debitor me-
 dia solvendi
 nulla offerre,
 nec justas cau-
 sas liberatio-
 nis allegare
 possit, Respon-
 sum collegii
 requirendum.*

4.
*Quod si Debi-
 tor justas ex-
 ceptiones ha-
 beat iis audi-
 endus est &
 sententia ex
 Collegio juri-
 dico petenda.*

daß man von ihm anhöre / ob er etwan durch unver-
 sehene Fälle / und ohne seine Verwarlosung in das Ver-
 derben gerathen / derowegen ihm billich Vinderung
 wiederfahren solte. (3) *quod si Debitor nihil solidi oppo-
 nere possit contra incarcerationem, res quidem per se ex-
 pedita est, nec ulteriori indiget deliberatione, ne tamen se
 à iudice gravatum esse existimet, si contra illum sine con-
 silio Prudentum procedatur, ideoque tota causa à iudice
 in ipso termino in formam alicujus quæstionis redigenda,
 & super illâ decisio ex Collegio aliquo juridico petenda est.*
Ord. Proc. Tit. 52. §. 4. Kan er nun dießfalls nichts er-
 hebliches vorbringen / hat es wohl an ihm selbst den de-
 stoweniger Bedenckens / damit er aber gleichwohl sich
 nicht zubeschweren / daß ohne rechtliche Erkantniß wie-
 der ihn verfahren werde / soll man wie in peinlichen
 Sachen bräuchlichen / solches alles auf dem Termin / in
 eine Rechts-Frage verfassen / und sich hierüber in unser
 Juristen Facultäten oder Schöpffen-Stühle einen / eines
 Urtheils erholen / dasselbe auch folgendes / ohne fernern
 Aufzug der Sachen schleunig vollstrecken. (4) *Quod
 si verò Debitor justas excusationes & prægnantes rationes
 habeat, quibus se defendere tentet, tunc illas illo ipso ter-
 mino solenni proponendi modo von Mund aus in die
 Feder / Actis inserere ipsi permissum est. Ad quas si cre-
 ditor responderit, & duabus positionibus utrinque conclu-
 sum fuerit, tunc acta iterum ad Collegium juridicum sunt
 transmittenda, & sententia ibidem lata Executioni man-
 danda est. Neque in hoc processu dilatoriæ admittendæ
 sunt, & omnis Prolixitas vitanda, nec non in illâ sententiâ
 unice ad causam Principalem in iudicando respiciendum,*
 ne-

DE EXECUTIONE REI JUDICATAE.

neglectis omnibus illis, quæ ad protrahendam causam aliàs allegari solent. Uti etiam à tali sententiâ neque Leuteratione, neque Appellatio recipienda est. Quæ omnia prudenter disposuit *Serenissimus Legislator Saxonie Ord. Proc. Tit. 52. §. 5.* Da er aber zu seiner Entschuldigung was erhebliches vorwenden würde / so ihm / daß er dieselbe / seine Ursachen alsobald / noch denselben Termin / vom Munde in die Feder einbringe / vergönnet / der Gläubiger darauf gehöret / und wenn alsdenn von iedern Theile wechselseitig mit zweyen Sätzen verfahren / solches gleicher Gestalt zuversprechen überschickt / und was darauf erkant / ohne Leuterung und Appellation, (welche in dem Fall nicht statt haben soll) exequirt / auch in diesem passu keine dilatorien / oder andere Weiltläufftigkeit zugelassen / sondern alle dasjenige / so zu Verzögerung der Sachen gereichet / in dem Urthel übergegangen / und allein auf dem Haupt-Punctt erkennen werden. (5) Ipse Processus in hac causa incarcerationis Debitoris, sine strepitu judicii fiat & de plano, ita quidem, ut quamvis aliquid in facto consistat, quod ex Partium Relationibus in continenti probari non possit, Debitor tamen ad probationem solennem admittendus non sit, sed judicis officio incumbit in statum & conditionem causæ inquirere, unde etiam sententia in tali causa non dirigenda est ad probationem, sed aliqualem causæ investigationem. Clarius hæc proponuntur *Ord. Proc. Tit. 52. §. 6.* Wenn auch gleich etwas in facto stünde / dessen man aus der Parteyen Vorbringen nicht so gar gewiß seyn könnte / soll doch der Schuldner derowegen ausser dem, was er in continenti, und auf unverwanten Fuß darbrin-

A sententia super incarceratione Debitoris lata leuteratione & Appellatio non recipitur.

5. Processus in Incarcerationis summaris & sine solenni & ordinaria probatione de plano fiat.



6.
Excussio Debitoris aliquam saltem iudicis cognitionem non solennem Processum desiderat.

7.
Si Debitor suspectus de fuga sit vel male fidei & fama citra Processum carceri inclu-

bringen kan / zu keinen Beweis gelassen werden / sondern der Richter / vor dem die Sache anhängig / sich aus richterlichen Amt der Gelegenheit selbst zu erkundigen haben / und derowegen die Urthelsfasser / in solchen Fällen / ihr Urthel nicht auf Beweis / sondern auf solche Erkundigung richten. (6) Similis Processus observandus est circa Excussionem Debitoris, si Debitor ejusmodi media solvendi offerat, quæ incerta apparent & dubia, an ne liberare à carcere valeant? Tunc partes super his summarie quidem audiendæ sunt, ita tamen ut insimul in eventum super Principali causa concludatur an Debitor, si solvendo non sit, ob causas allegatas tamen in carcere liberari possit? uti docent verba §. 7. *Ord. Proc. Tit. 52.* Gleicher Gestalt soll es auch gehalten werden / bey dem ersten Punct die Excussion belangende / da der Schuldner der Bezahlung halben solche Mittel vorschläge / dabey Zweifel vorsehle / ob ihm dieselben von Schuld = Thurm erledigen möchten / und also auch in diesen Fall die Partheien gegen einander / allermassen wie obgemeldet / verfahren / aber zugleich in Eventum, wegen des andern Puncts / ob der Schuldner / wenn er schon nicht zu bezahlen / durch vorgewandte Ursachen von dem Schuld = Thurm zu erledigen sey oder nicht / mit anhängen / und darauf ihre Nothdurfft gegen einander einbringen / damit beyde Puncte auf einmahl erlediget werden mögen. (7) Dantur tamen casus, quibus ante sententiam latam & finitum processum debitor carceri includi potest, si ille nempe suspectus sit de fugâ, vel aliâs Persona Debitoris illius sit qualitatibus & conditionibus, ut parum fidei illi tribuendum sit, tunc

DE EXECUTIONE REI JUDICATÆ.

tunc ad instantiam Creditoris Arresto Personali detinen-
 dus est & carcere Debitor, præstitâ tamen cautione à Cre-
 ditore, qvod litem contra Debitorem prosequi, & judicem
 indemnem præstare velit. Qvod secus est, si persona sit fide
 digna, nec de fugâ suspecta, tunc terminus prius expectan-
 dus venit, ad qvem creditor citatus, in qvo judex æstima-
 bit, num debitor ad instantiam creditoris carceri tradendus
 sit, nec ne? Et si media solvendi nulla offerre possit, petito
 Creditoris deferendum, & carceri mandandus est debi-
 tor. Qvod si verò justas causas liberationis suæ allegave-
 rit, antea dicto modo procedendum, & in causa pronun-
 ciandum est. Si verò plane non compareat in Termino
 debitor, tunc præviâ Creditoris cautione prosequenda est
 persona debitoris, & ubi illa deprehenditur, detinenda, &
 carceri includenda, qvem in finem à judice literæ Prose-
 cutoriales Steck-Brieffe concedendæ sunt. Et in his
 consistit Forma Processus juris Saxonici circa incarceratio-
 nem Debitoris in judiciis Saxonis observanda, uti illa
 porrò descripta legitur in *Ord. Proc. Tit. 52. §. 8. 9. 10. 11. 12.*
 his verbis: *Diweil auch hierbey die Vorsorge zu ha-*
ben / auf daß nicht etwa der Schuldner / wenn ihm der-
gestalt / wie oben angezeigt / ein Termin angesetzt wird /
desselben nicht erwarten / sondern austreten möchte /
soll der Richter / vor dem diese Sachen gelangen / die
Umstände und Gelegenheit des Schuldners wohl er-
wegen / und wenn er befindet / daß es eine solche Per-
sohn / der nicht viel zu trauen / oder wider welche man
der Flucht halben Vermuthung hätte / auf des Gläu-
bigers Ansuchen / den Schuldner alsbald bekräfti-
gen / und anhalten / iedoch daß der Gläubiger zuvorn

di potest ad in-
stantiam Cre-
ditoris præviâ
tamen ipsius
Cautione.

Persona hone-
sta & fide di-
gna & de fugâ
haud suspecta
ante cognitio-
nem cause &
sententiam in-
carceranda
non est.

I Cau-



Caution bestelle / die Sache auf seinen Unkosten gebührlichen auszuführen / und den Gerichts-Herrn derowegen schadlos zuhalten. Wäre es aber eine beglaubte Person / derhalben sich nicht zu besorgen / daß sie austreten möchte / soll zu vorn des Termins erwartet werden / und nach Gelegenheit dessen / was der Schuldner auf demselben zu seinen Behuff vorwenden wird / hat der Richter alsdenn ferner zu bedencken / ob auf des Gläubigers Ansuchen der Schuldner anzuhalten sey / oder nicht? Denn wenn er der Bezahlung halber Mittel vorzuschlagen / noch auch Ursachen vorzuwenden / die ihn von dem Schuld-Thurm erledigen möchten / hätte es desto weniger Bedencken mit ihm zuzugreifen / Es hätte sich auch der Schuldner dessen nicht zu beschweren / weiln er der Sachen in Vorbescheid gnugsam verwarnet / hiewieder aber / da er etwas erhebliches vorzubringen / würde billich darüber Erkänntniß erwartet. Im Fall denn der Schuldner auf den angestellten Termin nicht erschiene / soll ihm ohne ferner Bedencken / iedoch auf des Gläubigers vorhergehende Caution nachgetrachtet / und er / wo er anzutreffen / bekräftiget / dem Gläubiger auch / auf sein Begehren hierzu Stöck-Brieffe mitgetheilet werden.

Not. 28.
IV. *Requisitū*
Incarcerationis
Debitoris
Alimentatio.

Not. 28. *Quartum requisitum observandum circa incarcerationem Debitoris, est IPSIUS ALIMENTATIO.* Cujus mentio fit non solum in *Constit. 22. Part. 2.* sed etiam *Ord. Proc. Tit. 52. §. 13. Et penult.* Regulariter nempe alimenta præstanda sunt Debitori sumptibus Creditoris. Quod si verò nulla Provisio facta à Creditore, ob alimenta
Debi-

DE EXECUTIONE REI JUDICATÆ.

Debitoris, vel in ipsa executione vel excussione Bonorum nihil destinatum, tunc ipsimet sibi prospicere debet, de alimentis debitor. Quemadmodum etiam ipse carcer, quo detinetur, talis sit, ut vitæ & valetudini ipsius damnum vel incommodum illo ipso non inferatur, ita disponente *Sereniss. Legislatore Augusto Part. 2. Const. 22.* Vom Schuld-Thurm. §. 1. Cujus verba hæc sunt: Es soll aber das Gefängniß darinnen er geleyet / ziemlich und leidlich seyn / und er dermassen darinnen enthalten werden / damit ihm dadurch am Leben oder Leibe keine sonderliche und hohe Beschwerung zugefüget werde / wenn aber von dem Gläubigern / seiner Alimenter und Unterhaltung halben / in der Execution und Excussion seiner Güter keine Verordnungen oder Aussetzung gemacht / so wird er selbst darauf zu denken wissen / wie und was er Gestalt er seine Unterhaltung haben möge. Et hæc Constitutio Augusti confirmata est in *Ordin. Process. Tit. 52. §. 13.* ubi hoc additur, ut si Debitor pauper sit, ut se ipsum sustentare haud possit, tunc certæ personæ constituendæ sunt, ad colligendas Elemosynas, Debitori in Carcere distribuendas, ne fame pereat, verba Textus in §. 13. hæc sunt: So viel aber die Alimenta und Unterhalt des Schuldners anlanget / weil vielgedachte Constitution hierinnen klare Maasse giebet / daß sich der Schuldner / wenn er in Thurm gebracht / selbst unterhalten solle / so lassen wir es bey demselben bewenden / wollen alleine / wenn der Schuldner so arm / daß er sich zu unterhalten / nicht vermöchte / daß alsdenn sonderliche Personen verordnet werden sollen / welche das Allmosen sammeln / und dem Gefangenen in Thurm austheilen / damit /

Carcer non sit squalidus. Part. 2. Const. 22. Vom Schuld-Thurm.

Si Debitor non habeat alimenta, ipsi Elemosina querenda.



*Alimentorum
quantitas à
iudice deter-
minanda.*

Not. 29.
*V. Requisitum
Liberatio De-
bitoris.*

*Impeditur In-
carceratio &
Executio De-
bitoris Variis
Exceptionibus
Exceptiones
contra Execu-
tionem.*

1.
Novationis.
2.
Prescriptionis
3.
Falsitatis.
*t. t. C. si ex fal-
sis instrumen-
tis vel Testi-
moniis judica-
tum sit.*

Inhalts der Constitution, sie an ihren Leibe nicht Noth leiden dürfen. Quod si etiam Creditor suis sumptibus Debitorem in carcerari petat, vel per sententiam ipsi injungatur, ut alimenta præbeat incarcerato, tunc certa summa pecuniæ ad alimenta quotidiè præstanda per sententiam iudicis determinari solet. Memini etiam in supremo Appellationum iudicio obarato cuiuspiam & incarcerato Debitori singulis diebus pro alimentis duos grossos fuisse ad iudicatos.

Not. 29. Restat, ut de QUINTO adhuc agamus Incarcerationis REQUISITO, nempe *Liberatione* ipsius *Debitoris Incarcerati*. Variis nempe modis ipsa Executio, tam in bonis Debitoris, quam in ipsius quoque Personâ impediri & averti potest, vel jam facta iterum dissolvi, & liberari. Averti & impediri potest per varias exceptiones in continenti liquidas. Et de jure quidem Saxonico novissimo in ipso Termino Executionis Debitor audiendus est Exceptionibus in continenti liquidis, imprimis *solutionis & compensationis*. *Decis. Novel. 2.* In specie verò averti potest Executio Rei Judicatæ. (1) per *Novationem*, quando per Expressam stipulationem à Re judicatâ creditor & debitor utrinque recesserunt, Novatio nempe semper expressis verbis fieri debet *L. ult. C. de Novat.* (2) impeditur Executio Rei judicatæ per Exceptionem *prescriptionis*, quod adeò verum est, ut quamvis illa non opponatur à partibus, illa tamen sit supplenda à iudice (3) Referunt Doctores hûc exceptionem *Falsitatis*, si vel testes in causâ ad probationem adhibiti, vel instrumenta falsitatis arguantur & convincantur *L. ult. si ex falsis instrumentis vel testimoniis judica-*

tum

DE EXECUTIONE REI JUDICATÆ.

tum sit. Ubi imperator Gordianus his utitur verbis: *Judicati executio solet suspendi, & soluti dari repetitio, si falsis instrumentis circumventam esse religionem judicantis, crimine postea falsi illato manifestis probationibus fuerit ostensum.* (4) omninò impeditur Rei judicatæ Executio per factam *Transactionem*. Quod tamen Dd. intelligunt de sententia jam latâ, non de ipsa Re judicatâ, cum aliàs ob stare videatur communis Regula juris civilis, quâ dicitur, quod *super sententia, quæ in Rem judicatam abiit, transigere non liceat. L. 32. C. de transactionibus.* Puto tamen, benè defendi posse Dd. qui statuunt, per Exceptionem Transactionis averti posse & impedi Executionem sententiæ, etiam illius, quæ transit in rem judicatam, si *Transactio conjuncta sit cum Expressa Novatione*, per quam à Re judicatâ recesserunt. Quæ limitatio etiam additur in *L. antea allegata 32. C. d. Transact.* Cujus legis verba hæc sunt: *Si causa cognita prolata sententia, sicut jure traditum est, appellationis vel in integrum restitutionis solennitate suspensa non est: super judicato frustra transigi, non est opinionis incerta: Proinde si non Aquilianâ stipulatione & Acceptilatione subsequutâ competentem Tibi actionem peremisti, præses Provinciae usitato more legum rebus pridem judicatis effectum adhibere curabis.* (5) Referunt huc Dd. Exceptionem *Abolitionis vel cancellationis* institutæ, si ad contractus vel instrumenti obligatorii recessione agatur. (6) imprimis impedi potest Executio per Exceptionem *moratoriam*, quando quis *Moratorium* vel *quinquennale* à Principe vel per conventionem ab ipsa parte impetravit. Super his tamen modò recensitis & aliis hujusmodi Exceptionibus ante Executionem oppositis, cognoscere debet Executor,

4.
Transactionis
Num transigere liceat à Re Judicatâ? N. Pro Affirm. si concurrat cum Novatione expressâ.

l. 32. C. de Transact.

5.
Except. Abolitionis & cancellationis.

6.
Moratorii vel Quinquennalis.

Quis cognoscat super Exceptionibus



contra Executionem.

Sint Exceptiones contra Executionem in continenti probabiles.

Q. Num prater Exceptionem compensationis & solutionis alia quoque jure Saxonico admittantur liquida?

N. Ord. Proc. Tit. 39.

A.

Decif. Nov. 2. Elect. JOH. GEORG. II.

Q.uestio novissimo Electoralijure Novell. nempe 2. Decif. Sen. LLatoris JOH. GEORG. II. his verbis decisa est & composita: Cujus verba integra operæ pretium est ut apponamus. Ob wider Brieff und Siegel über die Exception solutionis & compensationis auch andere zuzulassen? Ob wohl in unser Gerichts-Ordnung de anno 1622. versehen/

modo cognoscendi potestatem habeat. Quod si enim sola exequendi potestas ei data fuit, ad judicem spectat cognitio super his Exceptionibus. Et si in continenti sint probabiles, ex actis, vel instrumentis garentigiatis, vel confessione Partium, illis audiendus est Debitor, & Executio differenda. Si verò tales non sunt, non in continenti probabiles, remittendus est Debitor ad Reconventionem. Mota olim *Q.uestio* fuit inter *Dd. Saxonicos*: Num prater Exceptionem solutionis & compensationis ante Executionem alia quoque Exceptionibus audiendus sit Debitor, in continenti liquidis? Quod ipsum nonnulli negarunt ob textum in *Ord. Proc. Tit. 39. §. 2.* ubi Sereniss. Legislator Augustus ita disposuit, Wann die Zahlung binnen der Zeit nicht geschicht / so dann würclichen vollstrecket / und keine andere Exceptio als Solutionis oder Compensationis intra terminum Executionis liquidæ, darwider zugelassen / sondern der Debitor auf allen Fall / wenn er davon nicht abstehe wolte / damit in die Reconvention gewiesen werden. Nonnulli verò, hoc textu non attento, existimarunt aliis quoque Exceptionibus ante Executionem audiendum esse Debitorem vel Reum in continenti liquidis & probandis. *Rauchbar. part. 2. q.uest. 25. num. 102. Zang. d. Except. c. 26. n. 61. Carpzov. in Proc. Tit. 25. Art. 6. n. 52.* ubi Rauchbari sententiam secutus est. Cæterum hæc *Q.uestio novissimo Electoralijure Novell. nempe 2. Decif. Sen. LLatoris JOH. GEORG. II.* his verbis decisa est & composita: Cujus verba integra operæ pretium est ut apponamus. Ob wider Brieff und Siegel über die Exception solutionis & compensationis auch andere zuzulassen? Ob wohl in unser Gerichts-Ordnung de anno 1622. versehen/

hen / daß wieder ein gesprochenes Urthel auf persöhnliche Klagen / als um Schuld und anders dergleichen / darum die Hülffe auf einen gewissen Tag angesetzt / keine andere Exception als solutionis oder compensationis, intra terminum Executionis liquidæ, zuzulassen : so ist doch ebener Massen aus unser Policeny = Ordnung befanndt / daß wider klare Brieff und Siegel der Schuldner nichts destoweniger mit andern dergleichen Exceptionen / so in continenti und auf frischen Fuß durch unlaugbare Urkunden / oder sonsten ex actis, oder eigener Bekändniß des Gegentheils dergestalt erweißlich seyn / daß es also fernere Zeugnisse nicht bedürffe / billich zuhören. Damit wir nun hierinnen allen Zweifel aufheben / und ins künfftig denen hierunter gesuchten Ausflüchten / vorbauern / so ordnen und setzen wir / daß hinfuro über die Exception solutionis oder compensationis noch andere / so in continenti durch unlaugbare Urkunden / ex actis, oder des Gegentheils eignen Bekändniß erweißlich seyn / zwar auch zugelassen / iedoch der Schuldner wider die geklagte Schuld solche seine Exceptiones, die er etwa einzuwenden vermeinet / binnen 3. Wochen von beschehener insinuation der Klage und Beylagen anzurechnen / in Schrifften übergeben / auch so zugleich Abschrifften der Urkunden / womit er dieselben zubeweisen vermeinet / beyfügen / und hierauf bey dem allbereit angesetzten Termin durch die Originalia bestärcken / auch fernern Verhör = Handlung / und gebührenden Bescheids erwarten / hernacher aber / und wenn er iezo benante Frist nicht in acht nimt bey der
Execu-

Execution, (außer Exception solutionis oder compensa-
tionis intra terminum Executionis liquidæ) keine andere
exception, sie mögen gleich ex natura contractus ihren
Ursprung haben / oder ex inspectione instrumenti ipsius
zu verificiren seyn / ferner zugelassen / sondern: der
Schuldener auf allen Fall mit seinem Exceptionibus,
und was er nach erlittener Hülffe und beschehener
würcklicher Bezahlung an den Gläubiger wiederum
durch Recht zu halten vermeinet / damit in die Recon-
vention gewiesen werden solle / allermassen in unser Re-
solution über die in anno 1653. und 1657. eingegebene Land-
gebrechen / Tit von Justitien-Sachen S. 2. 3. 4. mit meh-
vern Meldung geschehen / darben wir es nochmahln
allerdings bewenden lassen.

Not. 30.

Q.

Num Excep-
tiones Execu-
tioni opponi
possint, quæ an-
te sententiam
in processu op-
positæ non fue-
runt?

A.

modo in conti-
nenti liquidæ.

N.

Si jam in Or-
dinario Pro-
cessu ventilatæ
& oppositæ
fuerunt & à

Not. 30. Non minus dubia *Questio* illa esse videtur,
quæ quæritur: *Num exceptiones contra Executionem Rei ju-
dicatæ opponi possint, si illæ ante sententiam in ventilatione
Processu oppositæ non fuerunt?* Et si quidem loquamur de
Processu ordinario, illud omnino affirmandum est, ut
quamvis allegatæ vel deductæ haud fuerint ante sententiam
latam, nihilominus tamen in Actu Executionis valide op-
poni possunt, modò sint in *continenti liquidabiles*. Con-
formis hæc Assertio est juri communi ob *L. 41. §. ult. ff. de
Re Jud.* Addit *Carpzov.* in Processu hanc rationem, quod
Exceptiones post Rem Judicatam opponi possint illæ, quæ
quidem Rem Judicatam non impugnant, sed saltem Exe-
cutionem sententiæ impediunt. Quod tamen secus est,
*si in ordinario processu Exceptiones expresse oppositæ fuerint
& deductæ, nec non utrinq; à Partibus litigantibus venti-
latæ,*

DE EXECUTIONE REI JUDICATÆ.

lata, hoc enim casu si semel rejecta fuerunt per sententiam, vel neglecta in sententiâ, vel pro desertis declarata, in Actu Executionis denuò opponi non possunt, nisi forte Exceptiones oppositæ plene non fuerint deductæ nec ventilatæ. Vel etiam Exceptiones oppositæ sint, post factam Executionem, tunc contra actus ulteriores Exceptiones amplius non admittuntur. Plenius hæc deducit Carpz. in Proc. Tit. 25. Art. 6. Num 60. & seqq.

judice non at-
tenta.

Not. 31. Neque verò solùm Executio Rei judicatæ variis Exceptionibus impediri potest, sed etiam CESSIONE BONORUM, per quam Debitores imprimis se liberare solent à carcere. Notabilis est hac de re L. 1. C. Qui bonis cedere possunt. Ubi Imperatoris Alexandri verba hæc sunt: Qui bonis cesserunt, nisi solidum Creditor receperit, non sunt liberati. In eo enim tantummodo hoc beneficium eis prodest, ne judicati trabantur in carcerem. De hac CESSIONE BONORUM, per quam Debitor omnia sua bona, ad evitandam Executionem, offert Creditori suo, multa disputantur inter Dd. & Interpp. Juris Civilis. Dum partim quærun, quænam Personæ validè Bonis cedere possint, num perinde Filius Familias ac Pater Familias? Num perinde Mas & Fœmina? occasione L. 7. C. Qui bonis cedere possint. Num itidem Ecclesia? Num Mercator Fallitus? Num hæres inventarium non conficiens? Num Debitor fraudulenter lona dissipans, vel sub specie concessionis contrahens? Num conventus ex Delicto? Num Judex dolose judicans? Bannitus, excommunicatus &c? Num liberetur per cessionem Bonorum, qui ad Factum aliquod, vel certam rem reddendam tenetur? Controvertunt inter sese porrò, quælia Bona cedenda sint, vel cedi possint? Num etiam illa, quæ

Not. 31.
Impeditur In-
carceratio De-
bitoris CES-
SIONE BO-
NORUM.
l. 1. C. qui Bon-
ced. possunt.

Varia Qua-
stiones Dd. cir-
ca materiã de
Cessione Bono-
rum.
relative.

K

Fen-



Feudalia, vel alienari prohibita? Num Debitor omnia Bona cedere debeat, an verò nonnulla? Qværunr præterea circa formam cessionis, num sola voluntatis Debitoris sufficiat declaratio? Num in iudicio fieri debeat, vel extra illud? Num inter Præsentes, vel Absentes? Et num omnes creditores præcise citandi? qvo tempore fieri debeat? & num cessio fieri possit die feriato? Similiter qværunr, num per cessionem Dominium transferatur in Creditorem, an verò Pignus iudiciale? Num etiam cessio fieri possit, si creditor æqvè Pauper sit cum Debitore? si Debitor dives satis sit? si nullus Incarcerationis metus, & ipse creditor ipsi renuciaverit? Et qvæ aliæ sunt subtiles de Cessione Bonorum Qvæstiones. Qvas peculiari Tractatu congeffit *Brunnerus de Cessione Bonorum*. Cæterùm nos missis his subtilitatibus illud saltem hîc monemus *ex Jure Saxonico Const. 22. Part. 2.* Quod Cessio Bonorum non liberet Debitorem à Carcere, post jam factam Executionem, & Excussionem Bonorum, ob verba: Und es soll ihn darvon keine Abtretung seiner Gütter und Cession Bonorum, so er ohne Bewilligung seiner Gläubiger thäte oder fürnehme / noch ichtes anders entledigen / oder zubefreyen haben. Aliud verò dicendum, si Debitor sese offerat ad Cessionem Bonorum ante Terminum Executionis, ipsaqvè Bona realiter creditoribus tradat, ita disponente Sereniss. LLatore *in Ord. Proc. Tit. 39. §. 18.* Weil sichs aber wohl zuträgt / daß sich ein Schuldner zu Abwendung der Hülffe erbeut / selbst mit Güttern / ohne Hülffs-Zwang zubezahlen / und dem Gläubiger gutwillig ein einzuräumen / so soll er mit diesen Erbieten gehöret / und die Hülffe darauf eingestellet werden / jedoch daß er sich

*Jure Saxonico
non liberat*

*Cessio bonorū
ab Incarceratione
nisi fiat
ante executionem*

sich dessen / ehe denn der angesetzte Hülf- Tag herbey
kõmmet / erkläre / und seinen Erbieten auch mit der
That nachsetze.

Nota 32. Quemadmodum verò per cessionem Bo-
norum, ita quoque ob BENEFICIUM COMPETENTIÆ
liberatur à carcere debitor. Sunt nempe nonnullæ Perso-
næ in Jure singulari Privilegio munitæ, ut quamvis debe-
ant Creditoribus suis, in id tantum conveniri possint, in
quantum facultates illarum permittunt, ita quidem, ut illis
tantum relinquatur ex Bonis, quantum suppetit ad illarum
alimentationem & sustentationem necessariam. Recedit
nempe hoc BENEFICIUM COMPETENTIÆ à Regula
Juris Communis, quæ Executio sententiæ, vel Rei judica-
tæ in Bonis Debitoris ita facienda est, ut fiat in solidum,
neque liberetur Debitor, antequam per omnia judicatum
ab eo sit solutum, adeo quidem, ut quamvis Bona cesserit
non liberetur Debitor, nisi solidum receperit Creditor
L. 1. C. qui Bonis cedere possunt. Et diximus jam antea, de
stricto Jure neque vestem, quæ se tegit, ei relinquendam esse.
Hæc Regula limitatur in certis personis, quarum passim in
Jure civili fit mentio. Sic ob arctissimum sanguinis vincu-
lum BENEFICIO COMPETENTIÆ gaudent *Parentes*,
seu omnes illi, qui Parentum Loco sunt, omnesque in A-
scendenti Lineâ constituti. Jus Romanum his quoque an-
numerat *Patronum & Patronam, liberosq;* eorum & *Paren-
tes.* Quod *Liberos* attinet, & illi quoque hoc Beneficio
gaudent. Quod tamen nonnulli Dd. ultra filios & filias
non extendunt, & putant, *Nepotes & ultteriores descen-
dentes* hoc beneficio non gaudere, quæ sententia mihi ad-
modum dura apparet, cum amor descendere, non ascen-

Not. 32.
*Liberat ab In-
carceratione
BENEFICI-
UM COMPE-
TENTIÆ.*

*Regulariter
Debitor con-
demnatur in
solidum.*

*Gaudent Bene-
ficio Competē-
tia ob vincu-
lum sanguinis
Parentes &
Liberi item a-
lia Conjunctæ
Persona.*

*Fratres & So-
rores.*

*Maritus con-
ventus ab U-
xore.*

*Uxor conven-
ta à Marito.*

*Socius Univer-
sorum Bono-
rum.*

*Donator ex
causâ Dona-
tionis Conven-
tus.*

dere soleat, neque Jura quæ ascendentibus concessa sunt, videantur esse deneganda Descendentibus. Accedit, quod *L. 30. ff. de Re Jud.* in Genere hoc Beneficium tribuat *liberis & Parentibus*. Deinde hoc Beneficium tribuatur à Dd. etiam *Fratribus & Sororibus*. Omnibus ejusmodi Personis ob conjunctionem sanguinis competit hæc Exceptio, ut si conveniantur inter sese, in id saltem Executio fiat, quod facere possunt. Non minus hoc Beneficio gaudet *Maritus*, si conveniatur *ab Uxore*, non solum Dotis nomine, sed etiam ex aliis contractibus. Quod & verum est, *si mulier conveniatur à Marito*. Eleganter hac de re loquitur *Jctus Modestinus in L. 20. ff. de Re Jud.* Cujus hæc sunt verba: *Non tantum dotis nomine maritus in quantum facere possit, condemnatur, sed ex aliis quoque contractibus ab Uxore judicio conventus, in quantum facere potest, condemnandus est ex Divi Pii constitutione. Quod & in Persona Mulieris æqua lance servari, æqualitatis suggerit ratio.* Porrò ob amicitiaæ aliquod vinculum & civilem aliquam conjunctionem alimenta quoque relinquenda sunt *socio universorum Bonorum*, si à socio conveniatur *L. 16. ff. d. Re Jud.* Cujus hæc sunt verba: *Sunt qui in id, quod facere possunt, conveniuntur: i. e. non deducto ere alieno. Et quidem sunt hi ferè! Qui pro socio conveniuntur, socium autem omnium bonorum accipiendum est.* Ex eadem ratione hoc beneficio fruitur *Donator ex causâ Donationis conventus*. *Jctus Pomponius in L. 30. ff. de re judic.* prudenter ita hæc de re sentit: *Cum ex causâ Donationis promissa pecunia est: Si dubium sit, an ea res eo usq; Donatoris facultates exhaurire possit, ut vix quicquam ei in Bonis relictum sit: actio in id, quod facere possit, danda est, ita ut & ipsi donatori aliquid*

DE EXECUTIONE REI JUDICATAE.

quid sufficiens relinquatur. Quod maxime inter liberos & Parentes observandum est. Quod autem antea diximus, Maritum conveniri non posse, illud quoque extendendum est ad *socerum*, ut non ultra facultates damnetur. *L. 21. ff. de Re jud.* quamvis ex promissione Dotis agatur. Quod tamen limitatur in *L. 22. ff. de Re jud.* Si petatur Dos ex promissione soluto Matrimonio. Et quod antea diximus de socio universorum Bonorum, illud intelligendum est, quod fieri debeat præviâ cognitione judicis, num revera socius fuerit? Quid enim si negetur esse Socius, vel ex dolo conveniatur socius, tunc ei non succurritur, sed convenitur in quantum facere potest. *L. 22. §. 1. ff. de Re jud.* His Personis jam enumeratis, quæ Beneficio competentiae gaudent, de Jure Civili Romano annumeratur etiam Miles, qui sub armatâ militiâ stipendium meruit, qui si condemnatur, eatenus, quâ facere potest, saltem solvere cogitur *L. 6. §. 18. ff. de Re jud.* Quærent Dd. an hoc Privilegium extendendum quoque sit ad *milites Togatos*? vel etiam *coelestis Militiæ* homines? v. c. *Advocatos, Doctores, Professores, Clericos &c.* Et sunt, qui negant, quod verba *L. 6. ff. de Re jud. qui sub armata militiâ stipendium meruit &c.* non debeant esse otiosa, & quod privilegia stricti juris sint, & ultra literam non explicanda; Alii verò affirmant, præsertim Dd. Saxonici, inter quos est *Colerus de Proc. Execut. part. 2. c. 3. n. 119.* Alii ne quidem admittunt militem armatum, ut Privilegio hoc frui possit, nisi actu militet, vel debitum occasione Militiæ contractum. Illud certum est, à Ddibus Beneficium competentiae tribui etiam *Nobilibus, Comitibus & aliis illustribus Personis* *Carpz. in proc. p. 25. Art. 6.* hoc ipsum Privilegium, non solum tribuit *Militibus &*

Socer:

Miles:

Num Beneficium competentiae extendendum ad Milites Togatos?

Num competat Nobilibus & Illustribus Personis?

K 3

No-



Qui casu fortuito vel calamitate belli ad inopiam redacti benef. Competentia gaudent.

Dominus Feudi Conventus à Vasallo.

*Qui bonis cessit.
Num Fidejussori competat?
N.*

Nobilibus, sed etiam Militiæ togatæ & cœlestis hominibus, maxime Doctoribus, Professoribus & Advocatis, nec non Clericis. Rationem desumit ex L. 14. C. de Advoc. divers. judicior. Quod nempe Advocati & Doctores non minus provideant Generi humano, quàm si praeliis atq; vulneribus Patriam Parentesq; tuerentur & quod Doctorum & Clericorum scientiâ totus illuminetur mundus, & vita civium ad obedientiam DEO ac Magistratui præstandam informetur. Ummius tamen Privilegium Militum armatorum citra rationem non nimium extendendum esse putat. In eo tamen consentimus cum Carpzovio, quod hodiè Debitoribus infortunio belli, aliisque calamitatibus & casibus fortuitis ad inopiam redactis, ex caritate Christianâ & æquitate Beneficium competentia, & in quantum facere possunt, sit concedendum, quod & statuisse videtur Imperator Justinianus in §. ult. de Action. Inst. ubi dicit: in humanum esse, spoliatum fortunis in solidum damnari. Quemadmodum verò de Jure Civili Beneficio competentia gaudebat Patronus ob reverentiam debitam à Liberto ipsi exhibendam, Ita quoque hoc privilegium tribuunt Dd. Domino Feudi, ita ut à Vasallo ultra id, quod facere potest, non conveniatur. Et hæ pleræque sunt illæ Personæ, quibus Beneficium competentia tribui solet à Doctoribus. Quibus adhuc annumerant illos, qui Bonis cesserunt, vel etiam illos, qui ob crimen aliquod Bonis spoliati sunt. Quærunto Doctores, num hoc Beneficium competentia etiam concedendum sit Fidejussori? Ratio dubitandi est, quod durior conditio non debeat esse Fidejussoris, quàm ipsius Principalis. Ratio autem decidendi in eo consistit, quod hoc Privilegium Personale sit, quod à Personâ in Personam transferri non potest,

DE EXECUTIONE REI JUDICATÆ.

potest, & ita quoque non extenditur ad hæredes. Repel-
 lunt tamen Doctores etiam ab hoc Beneficio illos, qui ob
dolum ve *maleficium* suum conveniuntur *L. 22. fin. §. 5. L. 52.*
ff. de Re jud. Quorsum etiam referunt illum, qui men-
 dacio usus fuit, quo alterum ad contrahendum alliceret.
 Existimant etiam Doctores huic Beneficio renunciari non
 posse, præsertim si persona sit, cui Reverentia debetur. Se-
 cus enim sese res habet in donatione vel extraneâ Personâ.
 Quod verò attinet *Quantitatem alimentorum*, quæ relin-
 quenda sunt illi, qui gaudet Beneficio competentia, illa
 non electioni Debitoris, sed arbitrio judicis committitur,
 pro qualitate personæ *Col. de Proc. Execut. p. 2. c. 3. n. 20.*
 Consideranda nempe venit Persona Debitoris, num igno-
 bilis conditionis & sortis tenuioris, quæ modico victu
 sustentari possit, an vero Nobilis & in dignitate quâdam
 constituta, quæ lautius & delicatius vivere consuevit, & quæ
 aliæ sunt circumstantiæ circa beneficium Competentia
 Debitori concedendum à judice examinandæ, quas pluri-
 bus recenset *Carpzov. in Proc. Art. 6. Tit. 25. n. 29.* Ubi re-
 ctè monet *artificibus & Operariis*, qui labore alimenta sua
 consequi possunt, absque dedecore ad beneficium compe-
 tentia confugere haud licere, ne ex homine laborioso fiat
 Mendicus *l. 1. C. de valid. mendic.* Rectè etiam statuit Be-
 neficium Competentia exspirare morte debitoris, tan-
 quam Personale, ita ut bona illius ab executione excepta,
 vel alimentatione Debitoris à Judice vel Creditore assigna-
 ta, Creditoribus restituenda sint. *Coler. de Proc. Execut.*
part. 2. cap. 3. n. 173. Vivo adhuc tamen Debitori alimen-
 ta non solum ob beneficium competentia assignanda
 sunt, sed etiam ejus uxori & liberis.

Nei heredibg.
Non Gaudent
beneficio com-
petentia con-
venti ob do-
lum vel Male-
ficium.
Num renun-
ciari possit be-
neficium Compe-
tentia?
Quantitas
non electioni
Debitoris sed
arbitrio judi-
cis committi-
tur.
Aliter alimen-
tanda est Per-
sona Nobilis &
Illustris, aliter
tenuioris sor-
tis.
Artifices & O-
perarii non
gaudent bene-
ficium Compe-
tentia.
Ben. Compet.
Personale &
extinguitur
morte Debito-
ris.

Not. 12.



Not. 33.

Quomodo Ap-
pellatio impe-
diat Executio-
nem? N


A.

Si appellatum
ab Executione

Per Tertiam
impediri po-
test Executio
Rei iudicatae.

Not. 33. Et ita vidimus Exceptiones, aliasque causas ob quas Executio Rei Judicatae vel impediri in totum & averti possit, vel quoad certam vel usque ad certam saltem quantitatem. Referunt Dd. ad illos modos, quibus impeditur Executio Rei iudicatae, etiam *Leutationem* & *Appellationem*, quod pēdente appellatione nihil sit innovandum. Sed non confundenda est Executio sententiae & Rei Judicatae, à sententiā enim, quæ non transiit in Rem iudicatam licet leuterare vel appellare, quā interpositā executio cessat. Sed à Re iudicatā appellare non licet. Aliter dicendum, si appelletur ab ipsa executione, vel excessu in Executione ab inferiore Judice Commisso. Quomodo vero Executio impediatur per *Restitutionem in integrum*, per *Querelam Nullitatis*, *Tertii oppositionem*, item *supplicationem*, pluribus exponit *Ummius in Disputat. ad Proc. 23. §. 7. Num. 31. & seqq.* Regulariter nempe statuitur, quod Restitutio in integrum per modum actionis petita non impediatur Executionem. *De Revisione Actorum & Reductione ad arbitrium, Boni viri diximus alibi. Vid. Umm. d. l. Disput. 23. n. 33. 34. item 35. 36.* Illud extra controversiam est, posse impediri Executionem Sententiae, vel etiam *Rei Judicatae*, per Tertium Oppositorem, allegant hanc in rem *l. 15. ff. d. Re jud.* Et quidem tam in *Possessorio*, quam *Petitorio*. Omnis etenim sententia sine præiudicio tertii fieri debet. Vide

Wesembec. Consil. 100. n. 12. Ummium Disput. 23. n. 36.





DIS
CONST
DIV
EXEC

UNIVERS
WER
M

In A
JACO

ICA
TORALES
STI,
REI JU.

MAGNIFICO
DORO
P. P.
CO,
anno 1683.
JAHN,

l. Typogr.

799.
10

